CONTINUATIO EPIMETRI

AD

EDITIONEM HIPPOCRATIS.

SCRIPSIT

F. Z. ERMERINS.

ACCEDUNT NONNULLA AD ARETAEUM.

TRAIECTI AD RHENUM,
APUD KEMINK ET FILIUM.
CIƆIƆCCCLXVII.

CONTINUATIO EPIMETRI

AD

EDITIONEM HIPPOCRATIS.

SCRIPSIT

F. Z. ERMERINS.

ACCEDUNT NONNULLA AD ARETAEUM.

TRAIECTI AD RHENUM,
APUD KEMINK ET FILIUM.
CIƆIƆCCCLXVII.

L. S.

Cum postremum editionis meae Hippocratis volumen iamiam proditurum erat, institui epimetro nonnulla de nova Reinholdi textus recensione in medium proferre. Quam quidem adnotationem singulis, quos vir eruditissimus tractavit, libris deinceps prodeuntibus continuavi et nunc typis descriptam tibi obfero. Eiusmodi quid vel omnino non fecissem, vel alio fecissum modo, ubi ageretur de auctore, qui multorum eruditorum versaretur manibus. Verum disceptatio de veterum medicorum Graecorum textu adeo est rara per temporum cursum, ut quod quis de ea habeat, sive ad confirmanda, sive ad emendanda aliorum inventa referatur, sive aliquid sit, quod ipse repererit, saltem non reticendum, sed cum aliis communicandum videatur. Itaque libere, ut soleo, quod sentirem dixi. Parvae quidem molis est editio Reinboldi, sed non parvi ponderis illi, qui ea uti sciat. Non paucos locos rectius quam olim factum est intellexit et descripsit; quod ubi contigit, aperte significavi, quia ne vel solus assensus quidem in tali re plane inutilis videbatur Hippocratis studiosis. Ubi contra dissentiendum fuit, non minus libere alius me esse opininionis sum professus; nec tamen alio feci animo quam ut cum Reinboldo quasi συμφιλολογῶν, ὑnâ cum eo quae vera sint quaererem.

His praemonitis statim rem ipsam adgredior.

CONTINUATIO EPIMETRI

AD HIPPOCRATIS EDITIONEM.

V.

Ad Reinholdi editionem libri de Victu Acutorum.

§ 1. Pro *καὶ μὴ ἰητρὸς δύναιτό τις ἂν ὀρθῶς ξυγγράψαι* dedit *καὶ μὴ ἰητρὸς ἂν δύναιτο ὀ. ξ.* codicem veterem Paris. maxime secutus, quod fieri sane potest.

Ibid. paulo post *εἰ εὖ παρὰ τῶν καμνόντων ἑ κ ά σ τ ω ν πύθοιτο ὁκοῖα πάσχουσι* scripsit. Libri *ἕκαστον* et *ἑκάστου* ferunt, quarum lectionum posteriorem inferre malim quam de coniectura *ἑκάστων* scribere.

§ 2. Pro vulgato *ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν*, ubi libri nonnulli *ἢ ὡς*, dedit *οἵως χρή*. Malim ex *ἢ ὡς* scribere *πῶς*, s. *κῶς*, quam *οἵως*.

Scripsit *τὰ γὰρ πλεῖστα ὁ τ έ ω ν α ὐ τ ο ῖ σ ι εἰρέαται.* Nempe codices *αὐτοῖσι* et *αὐτέων* ferunt. Equidem credo *αὐτέων* esse errorem librariorum ita pro *αὐτοῖσι* scribentium. Non probabile est *αὐτέων* ex *ὁτέων* esse natum; quin hoc apte num ita inferatur, perquam dubium mibi; structura loci parum facilis redditur.

§ 3. *ἔτι ἂν ἀξιώτερα ἐπαίνου ἦν* cum mss. quibusdam legit, adversus quam scripturam disputavi in adn. quae scripsisse me nondum poenitet.

In fine huius loci Galeni lectionem recepit *τὸ μὴ τωὐτὸ νόσημα δοκέον εἶναι, ἢν μὴ τωὐτὸ οὔνομα ἔχῃ*, quae mihi parum arridet et impeditam refert structuram. Nunc etiam quemadmodum feci haec descripserim.

§ 4. Quod in hoc capitulo *δεῖ ἥκειν* ex *διήκει* et *δεῖ χειρίζεσθαι* ex *διαχειρίζεσθαι* effecit, mihi non placere profiteor. Illud *δεῖ ἥκειν* potius incongruum videtur, tum in *διήκει* latet *δὴ ἥκει*, non *δεῖ ἥκειν*. In *διαχειρίζεσθαι* vero non latet *δεῖ χειρίζεσθαι*, sed *διαχειρίζεται.* Ad *δὴ ἥκει* ducit etiam glossema *ἔχει.* Praesentia *δὴ ἥκει* et *διαχειρίζεται* ponuntur de re fieri solita; nulla causa est cur facillima emendatio repudietur pro minus congrua et minus leni.

§ 5. Sub finem, ubi edi solet ἀλλὰ σποράδες ἔωσι αἱ νοῦσοι καὶ μὴ παραπλήσιοι, negatio μή apud Gal. et in mss. nonnullis desideratur; itaque R. dedit ἀλλὰ σποράδες ἔωσι αἱ νοῦσοι αἱ παραπλήσιοι. Coniecturam autem profert me iudice parum laudandam. Non nescio esse posse morbos σποράδας, qui sint inter se similes; sed antithesis ipsa, qua αἱ μὴ παραπλήσιοι opponuntur τῷ κοινῷ τρόπῳ alterius generis, facit ut μή sit necessarium. Quare probabilius est negationem perperam omissam esse quam καί ex αἱ esse natum. Littréus μή solum omisit, neque αἱ adscripsit pro eo; sed equidem solam vulgatam ferri posse existimo.

Quod R. in fine e cod. Medic. ἢ ὑπὸ τῶν ἄλλων ξυμπάντων recepit, recte factum esse arbitror.

§ 6. Inter ἢ ψέκται et καὶ ψέκται, quorum hoc dedit R., optionem liberam esse opinor.

Paulo post ἔπειτα praetulit prae ἐπεί τοι. Mihi ἔπειτα languere videtur prae altero, quod manum scriptoris referre puto.

ὥστε μελετητέα εἶναι de suo mutavit in ὥς τε μελετητέα ἂν εἴη, quod quare factum sit, non satis video. Traditus textus me iudice vitio non laborat.

Recepit porro ἐκμαθεῖν pro ἐκμανθάνειν, quod facile fero; neque aliter sentio de ταῦτα post ἅπαντα recepto.

§ 8. Pro codicum plurimorum lectione ὥστ' ἔν γε τοῖσι ὀξέσι τῶν νοσημάτων κ. τ. ἑ. dedit auctoritate Galeni loci, quem ipse ita refecit, ἕως τοι ἔν γε τοῖσι κ. τ. ἑ. Adnotat autem: οὐδὲ γὰρ ἐν δὴ τούτῳ τῷ βιβλίῳ ὥστε = ἅτε· οὔτε, εἰ ᾖν, εὖ ἔχει ἡ σύνταξις. De iis, quae adnotat, minime dissentio: ὥστε ferri nequit. Dissentio tamen de emendatione; scribere malim: ὥς ἔν γε τοῖσι κ. τ. ἑ., nempe ὥς ea notione, qua ἐπεί, καὶ γάρ significat.

§ 11. Non recepit ὄλησι ante πτισάνῃσι, quod mss. nonnulla praebent, mihi vero non otiosum videtur. Omisit quoque ἤ ante διὰ φαρμακείην, quod sane fieri potest. Magis autem placet eius lectio ἐκ προσαγωγῆς δὲ ἐνδέχεται καὶ τούτοισι δὶς διδόναι, ἥν τι δοκέῃ προσδεῖν. Puto hoc modo melius quam adhuc factum est locum descriptum et auctoris verba restituta esse.

§ 13. Ex unius codicis lectione καὶ μάλιστα δὲ κρίσιος ὑπερβολῆς, ubi vulgata καί non fert, dedit καὶ μάλιστα δεῖ κρίσιος ὑπερβ., quod mihi prae vulgata scriptura non praestare videtur. — Pro τὸ πρωΐ cum Mediceo, aliis nude πρωΐ exhibuit et ἐς ante ὀψέ omisit, quod non displicet.

§ 14. πολλῷ τελεώτεραι servavit, ubi cod. vet. πολλὸν τελεώτεραι. Huius πολλόν cum comparativo exempla sunt plura apud Herod.

§ 15. Pro librorum lectione καὶ ἄλλως ἢν μὴ τῷ χυλῷ μούνῳ μέλλῃς χρέεσθαι de suo R. dedit ἄλλως τε καὶ ἢν μὴ τῷ χ. κ. τ. ἑ. — Quod quidem si libri darent, ego sane non repudiaverim, sed num de coniectura inferre liceat, dubito, quemadmodum olim dubitavi. Si quid mutes, καὶ ἄλλως καὶ ἢν κ. τ. ἑ. scribere possis, sed nihil tentare praestat me iudice.

Dein οὐδαμοῦ retinuit, ubi οὐδαμῇ cum Gal., aliis dederam. Illud praeferri intelligo; sed ubi e vulgato προσίσχεται efficit προσίσχει τε, lectionem proponit, quae structuram impedit, minime vero defendi potest, me iudice. Recte cod. vetus προσίσχει solum. Ut τε inferre posset, sequens οὐδέ in οὔτε mutavit, sed ne sic quidem structura facilis et probanda oritur.

Paulo post rursus R. *δέ τε καὶ κ. τ. ἑ.*, ubi libri inter *δέ* et *τε* variant, solum vero *δέ* probandum existimo.

§ 16. Haud procul ab initio *ὁκόσων* dedit cum Littréo, ubi ex Gal. *ὁκόσον* dederam. Utraque lectio defendi posse videtur.

Quod *ὁκόσοισι γὰρ κ. τ. ἑ.* scripsit, ubi *ὁκόσοισι τε γὰρ κ. τ. ἑ.* e libris Pariss. dederam, non displicet.

Fugit sane Reinholdum *ἤν* cum optativo, ubi *ἢν μή τις — δοίη.*

Quare *πρόσπαροξύνοιεν ἄν* praeferat prae *προσπαροξύνειεν ἄν*, eo minus capio, quia sequitur aor. *ἐμποιήσειεν*.

Eum post *κακόν* servare *ἐστιν* et sub finem *διδῷ* pro *διδῷς* recipere facile fero.

§ 17. *οὔλῃσι πτισάνῃσι* scribit ubi vulgo *ὅλῃσι τῇσι πτισάνῃσι.* Cod vetus *τῇσι* om., quod fieri sane potest et R. fecit aliis quoque locis nonnullis.

Porro *οἱ μέν τινες* de suo dedit, ubi lectio inter *τοι* et *τι* fluctuat. Ferri sane posse *τινες* certum est; num *τοι* non ferri possit, saltem dubium; ego non mutaverim.

Dein *ὑπό τε τῆς ὀρθοπνοίης καὶ τοῦ ῥέγχους* scripsit, libris *ὑπὸ τῆς ὀρθοπνοίης τε καὶ τοῦ ῥέγχους* praebentibus. Credo illius vocularum ordinem praestare.

Tum *μάλα δὲ δὴ κ. τ. ἑ.* habet, ubi vulgo *μάλα δέ*, aliis mss. *δή* legentibus. Utraque sane particula recipi poterit.

οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ὅτι κ. τ. ἑ. dedi, ubi R. in his *ὅτι καί* servat. Mibi nunc etiam Galeni aliorumque *καὶ ὅτι* praeferendum videtur.

Prae vulgato *ἐπάνοδον* praefert nonnullorum codd. lectionem *ἄνοδον*. Mibi potius boc ex illo quam illud ex boc ortum esse videtur.

Tandem *καὶ ἥν τι ἄλλο Φάγωσι* legit cum uno ms. *καί* addens, quod tuto sane fieri potest.

§ 19. Ubi vulgo *ἔς τ' ἂν οἴηται κεχωρηκέναι* (*ὑποκεχωρηκέναι* Gal.) *ἐς τὸ κάτω μέρος τοῦ ἐντέρου τὸ σιτίον*, et nonnulli libri omm. *οἴηται*, R. dedit *ἔς τ' ἂν μηνύηται ἀποκεχωρηκέναι κ. τ. ἑ.* Equidem dederam *ἔς τ' ἂν οἴῃ γε ὑποκεχωρηκέναι*, cuiusmodi quid nunc etiam potius scripserim quam quod R. exbibuit. Mavisne solum *ἔς τ' ἂν οἴῃ ὑποκεχωρηκέναι*? non adversabor; sed in *οἴηται* latere *μηνύηται* mihi persuadere non possum. Hausit hoc R. e libello de vet. med.; apud Hipp. me non legere memini. Neque video cur *ὑποκεχωρηκέναι* in *ἀποκεχωρηκέναι* sit mutandum.

Paulo post libri *μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην*, R. vero de suo *μετά τε τὴν ἑβδόμην*, quod ab auctore datum fuisse potius quam illud non credo.

§ 20. Edidit *μάλα μέγα δύνασθαι*, ubi vulgata solum *μάλα*, aliis mss. *μέγα* solum habentibus, quae Littr. et ego secuti eramus. Potest utrumque dari; non negabo.

Tum *θεωρέων* servat, ubi cum codd. nonnullis *ἀναθεωρέων* scripseram. Vix scio quae potior lectio sit.

§ 21. *περιστέγειν δὲ ἱματίῳ τὴν θάλψιν χρή* editur in vulg.; *ἄνω* pro *ἱματίῳ* cod. vetus, quem L. sequitur; ipse utrumque recepi *ἄνω ἱματίῳ* scribens. De coniectura R. *ἱματίῳ στεγανῷ*, quod sane non latet in tradita loci scriptura; arbitraria correctio est.

Sequitur in vulgata *πλείω τε γὰρ χρόνον ἂν* (*ἄν* omm. cod. vetus, alii multi) *διαρκέσει καὶ παραμενεῖ.* Littr. et ego *ἄν* omisimus cum cod. vet.; at R. *πλείω τε γὰρ χρόνον ἂν*

διακαὲς εἴη καὶ παραμένοι legit, parum congruam me iudice coniecturam proferens; nam primo neutrum *διακαές* quorsum referendum sit, non apparet; tum non video quomodo *διακαής* usurpari possit loco, ubi sermo est de spongia aquâ madida.

Pro *ἔστι γὰρ ὅτε δεῖ* (*δή* mss. duo et secunda manus in cod. vet.) *πρός τι* vulgatae exhibet *ἔστι γὰρ ἔστιν ὅτε δὴ πρός τι*. Hoc tamen Hippocratem scripsisse credam, si exempla eiusmodi locutionis apud eum obviae mihi afferantur, quod fieri non poterit. Sed praeterea nulla causa apparet, cur de vulgata deflectat.

Tandem in hoc capitulo *σμικρῷ ὀξύτερον* scripsit rectius quam *σμικρῶς ὀξύτερον*, quod ipse dederam.

§ 22. Primam capituli periodum R. edidit ad hunc modum: *λύει δὲ μάλθαξις ἡ τοιήδε καὶ τὰς πρὸς κληῗδα περαινούσας ἀλγηδόνας, ἃς τομὴ μούνη γε οὔ· ὡς ὁμοίως λύει ὀδύνην, ἢ μὴ πρὸς κληῗδα περαίνει.* Equidem contendo locum ita pessime descriptum esse: omnis horum locorum nexus inter se et Anaxionis pleuritici historia, de qua monui in prolegomenis (vol. I. p. LVIII), docent, dolorem pleuriticum Hippocrati esse *ὀδύνην πρὸς κληῗδα περαίνουσαν*, quam venae sectione curari debere credidit, nisi forte suffecerint *μαλθάξεις*, de quibus loquitur. Ea, quae R. e sua loci lectione Hippocratem dicentem facit, cum simplici hac Coi nostri doctrina pugnant; neque vero apte e tradita lectione elici possunt. Locus ita descriptus non emendatur sed corrumpitur. Non potuit Hipp. scribere: *λύει δὲ μάλθαξις ἡ τοιήδε καὶ τὰς πρὸς κληῗδα περαινούσας ἀλγηδόνας, ἃς τομὴ μούνη γε οὔ.*

Scripsit *ἢν μὲν σημαίνῃ ὀδύνη* cum mss. pluribus articulum ante *ὀδύνη* omittens, quemadmodum etiam *ἐς κληῗδα* et *ἐς βραχίονα* sine *τήν* et *τόν*. Item cum probatis libris *τὸ αἷμα* post *ἀφαιρέειν* reiecit. His omnibus non adversor.

§ 23. Sub finem capituli *ὁκόσα μὴ ἄγαν εἰσὶν* (*ἐστὶν* alii) *ἀηδέα, ἢ διὰ κ. τ. ἑ.* Post *ἀηδέα* Gal. *λύειν*, alii *λίην*. Equidem *λίην* et *ἄγαν* simul constare non posse videns dederam *ὁκόσα μή ἐστι ἀηδέα λίην, ἢ διὰ κ. τ. ἑ.* — R. dedit *ὁκόσα μὴ ἄγαν ἐστὶν ἀηδέα πιεῖν ἢ διὰ κ. τ. ἑ.* Ac profecto *πιεῖν* probabilem sensum refert, sed eius vestigium nullum est in traditis. Mihi nunc etiam *λίην* scriptum fuisse videtur ab auctore, *ἄγαν* a recenti manu esse, *λύειν* credo esse corruptionem particulae *λίην*.

§ 26. Vulgo *τῶν γραφησομένων*, sed cod. vetus aliique pauci *τῶν προσγραφησομένων*, unde R. *τῶν πρόσω γραφησομένων*. Coniectura nulla opus est.

In postrema periodo: *καὶ ἴσως τι καὶ εἰκὸς δοκέει αὐτοῖσιν εἶναι, μεγάλης μεταβολῆς γιγνομένης τῷ σώματι, μέγα τι κάρτα καὶ ἀντιμεταβάλλειν τ ό δ ε, ε ὖ ἔ χ ε ι ν, μὴ ὀ λ ί γ ο ν* scripsit. Postrema, notata illa hausit ex initio sequentis capituli eiusque lectionibus variis. Ceteri omnes post *ἀντιμεταβάλλειν* finiunt sententiam. Mihi mutatio arbitraria, nec necessaria esse videtur.

§ 27. Principio huius loci iam dedit: *μεταβάλλειν μὲν δή, εὖ ἔχει, μὴ ὀλίγον*, ubi vulgo *τὸ δὲ μεταβάλλειν μὲν εὖ ἔχει μὴ ὀλίγον*, qua mutatione non magis opus esse dixerim quam superiore.

§ 28. *διαφέροντα κ α ὶ μ έ γ α μ ά λ α* effecit e codd. lectionibus *μεγάλα, τὰ μεγάλα, καὶ μέγαλα*, quarum haec in uno codice; ego nunc etiam *μεγάλα* e *μέγα* ortum puto, sed res minuta est.

In *καὶ ἐν ἄλλῳ τινι ποῦ* de suo *ᾧ* supplet legens *καὶ ἐν ἄλλῳ ᾧ τινι που*. Non infeliciter, ut opinor.

Minus probo scripturam *ἐς ἄλλως κρέσσονα*, quae coniectura est Reinboldi pro *ἐς ἄλλο κρέσσον*, sed otiosa, quia codicum lectio recte se babet.

Καὶ τοὺς μέν γε μεμαθηκότας ἀναριστᾶν .... ἀρρώστους ποιέοι ἄν edidit, de coniectura *μή* supprimens, *ἀναριστᾶν* pro *ἂν ἀριστᾶν* e libris nonnullis recipiens et de coniectura *ποιέοι ἄν* legens, ubi vulgo *ποιέει*, alii *ποιέειν*, alii pauci *ποιήσει*. Et sane *ἀναριστᾶν* constare posse docet *ἀνηριστηκότων* § 30. obvium. Quod mibi minus arridet boc est: *ἢν ἀριστήσωσι, εὐθέως ἀρρώστους ποιέοι ἄν*. Scilicet post *ἤν* cum verbo suo potius *ποιέει, ποιήσει* congruere opinor quam optativum cum *ἄν*.

De *ὅτι . . . ἠχθοφόρηκε* in adn. dixi; ferri posse non nego.

§ 29. Haud procul ab initio R. dedit: *ἐγκοιμηθῆναι γὰρ χρὴ ὥσπερ νύκτα ἂν ἄγοντα μετὰ τόδε ὕπνον, τοῦ μὲν χειμῶνος ἀρριγέως κ. τ. ἑ.*, in quibus *ἀγαγόντα* alii libri, *ἄγοντα* cod. vetus, alii; *τόδε ὕπνον* vero coniectura est pro *τὸ δεῖπνον*. Et quod *ἄγοντα* praefert, per me licet; cetera vero quomodo defendi possint, non intelligo. Me iudice *μετὰ τὸ δεῖπνον* intactum relinquendum est, quum nihil insit, quod emendari debeat.

Scripsit dein: *ἢν δὲ καθεύδειν μὴ δύνηται, συχνὴν περίοδον πλανηθέντα ἀναισιμῶσαι· δειπνῆσαί τε μηδὲν κ. τ. ἑ.* In bis *βραδεῖαν* ante *συχνήν* omittit de coniectura; nempe omnes libri babent, sed in cod. vet. in *βραχεῖαν* est mutatum a secunda manu. Tum *ἀναισιμῶσαι* est coniectura pro *μὴ στασίμως* (*στασίμους* alii) traditae lectionis. Equidem dictionem, qualem *ἀναισιμῶσαι συχνὴν περίοδον πλανηθέντα* Hippocrati de coniectura obtrudere non ausim, quin, ut libere profitear quod sentio, num Graeca sit dubito. Tandem *τε* ante *μηδέν* ex uno ms. recepit. Equidem nondum meliora reperi quam quae dedi, et ad locum adnotavi, unum praesens *ἄγοντα* si excipias.

In sequentibus pro *ἄκρητον καὶ μὴ ὑδαρές* exhibuit *ἀκρητέστερον τε καὶ μὴ ὑδαρές*. Scilicet libri *ἀκρατές* ferunt, unde ipse *ἄκρητον* dederam; est autem *ἀκρητέστερον* baud incongruum, sed *ἄκρατον, ἄκρητον* et *ἀκρατές* saepe confunduntur.

§ 30. Quod *διαψύχεται* cum Vassaeo e Gal. dedit, recte factum esse arbitror. Quare vero *βαρύνουσι τὴν κοιλίην* de suo in *βαρύνονται τὴν κοιλίην* mutet, non capio; non opus est coniectura.

§ 31. *γ' οὖν* e vulgato *γοῦν* scripsit ubi Littr. et ego *οὖν* dederamus e cod. vetere, quod mihi nunc etiam praestare videtur.

§ 32. De modo, quo baec exhibet, nibil monendum babeo, post ea, quae annotavi, nisi quod *νῦν* de coniectura ante *βαρύνεσθαι* perspicuitatis causa de suo interposuit.

§ 35. Vulgata lectio est *οὐδ' εἰ οἷόν τε κ. τ. ἑ.*, in qua *οὐ δή* multi codd. et Littr., *οὐδὲ* Gal., *οὐδὲ δή* Mack., quem ipse secutus sum, quum in Pseudogaleno eandem reperirem lectionem; vid. adn. Iam vero R. scribens *οὐδὲ δεῖ, εἰ οἷόν τε* infra etiam dare coactus fuit *ἐξαπίνης, εἰ οἷόν τε*, ubi *εἰ* de suo infert. Omnibus igitur computatis potius *οὐδὲ δὴ οἷόν τε* quam *οὐδὲ δεῖ, εἰ οἷόν τε* in tradito textu latere dixerim.

§ 37. Quod in *ἢ καυλὸς, ἢ ὀπός* ordinem verborum mutavit de suo, per me licet.

Tum *μεγάλας δυνάμιας ἔχοντα ἢ ἰδίας* legit, de suo *ἤ* interponens, quod ego factum nolim: me iudice *μεγάλας ἰδίας δυνάμιας* coniungendum, non disiungendum est.

Porro *πόνους ἐμποιέει ἐν τῇσι κοιλίῃσι* habet recepto *ἐν* e cod. vet. alteroque quodam, quod fieri debere alii loci vicini docent.

In sequentibus *μᾶλλον δὲ εἰ καταμάθοι* pro *ἀλλ' εἰ καταμάθοις* dedit; in quibus *μᾶλλον δὲ εἰ* de coniectura scripsit, ut opinor, e cod. vet. *ἄλλα εἰ δέ* ferente. Evitare voluit aposiopesin, qualem in adn. exposueram; quod tamen mihi minime arridet; eqnidem vulgatam non tangendam esse opinor.

Servat vulgatum *μᾶζά τε ὄχλον*, ubi *τε* cum Littréo cod. veteris fide omiseram; nec nunc additum placet.

Paulo post *τῷ ἀρτοφαγέειν, μὴ μαζοφαγέειν εἰθισμένῳ* apud eum legimus: nam recepit lectionem codicis veteris *ἀρτοφαγέειν* et vulgatam *μὴ μαζοφαγέειν*. Mihi non faciendum, sed solum *ἀρτοφαγέειν* dandum videtur propter sequens *τῷ μαζοφαγέειν εἰθισμένῳ*.

De suo *ἢ* omittens *αὐτός τε ὁ ἄρτος* exhibet, ubi cum Gal. *ἢ αὐτός γε ὁ ἀ.* scripseram. Praeplacet nunc Reinholdi ratio.

Item de suo *καὶ οἱ ἄγαν καθαροί, οἵ τε ξυγκόμιστοι* scribit pro *καὶ οἱ ἄγαν καθαροί τε καὶ ξυγκ.* Aut quod R. exhibet, aut *καὶ οἱ ἄ. κ. τε καὶ οἱ ξ.* dandum videtur.

In *μᾶζα τε ξηρή*, quod sequitur, nunc etiam malim cod. vet. sequi. Cum hoc libro autem *καὶ οἰνώδεα ἧσσον* dedit, *οἶνον* omittens, quod recte factum videtur. Recte etiam puto eum *μεταβάλλοντι* paulo ante servare, ubi aoristum *μεταβαλόντι* de meo dederam.

§ 37ᵇ. Recepit *μέντοι* ex aliis mss., ubi veterem cod. secutus *μὲν δὴ* dederam. Ac *μέντοι* quidem nunc omnino placet.

§ 38. *ἑκάστοισι* retinuit ubi Littr. et ego cum cod. vet. et Galeno *ἑκάστου* dederamus; et est omnino in *ἑκάστοισι*, quo se commendet.

τοῦ τε ἀνθρώπου καὶ τοῦ ἔτεος καὶ τοῦ ἔθεος καὶ τῆς διαίτης exhibuit, codicis veteris lectionem *καὶ τοῦ ἔτεος* pro vulgato *καὶ τοῦ ἔθεος* recipiens et cum vulgata coniungens. Mihi haec ratio plane displicet; *καὶ τοῦ ἔτεος* vitiosa lectio est vulgatae, sed non e contextu excidit. Nondum alio modo haec descripserim quam olim feci.

§ 39. Servavit vulgatum *τό γε μὴν κρέσσον μαρτύριον*, ubi cod. vet. *τὸ δέ γε μὴν κ. μ.*, quod recepit Littr. et unde ego *τόδε γε μὴν κ. μ.* dederam, quod nunc etiam praefero; sed vulgata servari potest, non nego.

Dein *ἐπικαιρότατόν τε διδακτήριον* dedit, de suo *τε* pro *ἐστι* scribens et verba *οὐ γὰρ .... αὐτὸ τὸ πρῆγμα* parenthesi illata opinatus, ita ut iungat *τό γε μὴν κρέσσον μαρτύριον ἐπικαιρότατόν τε διδακτήριον*. Equidem non credo Hippocratem tali modo locum descripsisse; quomodo *τε* coniungere apte possit voces tam longa parenthesi a se disiunctas, non capio.

Paulo post *οἱ δὲ καὶ ἔπιον τὸ πρόστυχον, οἱ δὲ καὶ κυκεῶνα ἐρρόφεον* dedit, *ἔπιον* et *ἐρρόφεον* sedem invicem commutare iubens in codicis veteris lectione, quam ego nunc etiam sequi malim; vid. adn. mea p. 310.

Pro *παντάπασι* recepit *πάμπαν* e cod. vet. scribens *εἰ μὴ πάμπαν εὐήθης τις ἡ νοῦσος εἴη*. Non adversor.

§ 40. Legit *ὅτι αὐτῇσι βλάπτονται* cum Littréo e mss. pluribus, vulgata et cod. vetere

αὐτοῖσι ferente. Re iterum perpensa *αὐτῇσι* sane non vitiosum est visum, licet malim cod. veterem et vulgatam lect. sequi.

§ 41. Recte *ἐν τούτοισι τοῖσι καιροῖσι* scripsit emendans codicis veteris lectionem, ubi ipse *τούτοισι* non dedi, sed dare debueram.

Edidit *ἐν οἷσι τὰ πολλὰ ἀρήγει κ. τ. ἑ.*, pro *πολλάκις*, vel *τὸ πολλάκις*, quod unum tantum fert ms. — Equidem non credo opus esse coniectura; vulgata recte se habet.

§ 42. In *ἀπό τε τῆς κεφ.* vulgatum *τε* cum codicis veteris lectione *τῆς* coniunxit; quod utique faciendum videtur. Similique modo *ἤ* et *καί* recipiens sub finem capitis recte dedit *ἢ καὶ πῦον παχύ*.

§ 44. Sub finem *οἷσι δεῖ* vulgata lectio est; *οἷσι χρή* cod. vetus, cuius lectionem recepi. R. utrumque praebuit *δεῖ* in *δή* mutans et *οἷσι δὴ χρὴ κ. τ. ἑ.* scribens; quod fieri posse non nego, licet ipse non facerem, neque enim credo *δεῖ* ex *δή* esse natum.

§ 45. De verbis in fine loci scriptis *ἐπεὶ — τὸ σῶμα* huc non pertinentibus nondum aliter sentio quam dixi in adn. ad p. 314. editionis.

§ 46. Principio *ἀτάρ*, *ἀτὰρ καί*, *ἀτὰρ καὶ τά* codicum lectiones sunt, R. de suo *ἀτάρ τοι*; equidem si iterum locum ederem, cum cod. vetere solum *ἀτάρ* darem; non tamen aegre fero quod R. legit. Tum *παράδειγμά τι* exhibuit, uno cod. *παραδείγματι* ferente, ceteris *παραδείγματα* habentibus. Ego de vulgato plurali non decesserim; favere mihi videtur solitae scripturae etiam quod infra legitur, *διὰ τέλεος οὖν μαρτυρέει ταῦτα πάντα ἀλλήλοισι κ. τ. ἑ.*

Paulo post *ἤπερ εἰ πλανώμενος ἰητρεύοιτο* scripsit: nimirum vulgo *ἢ εἰ πλανώμενος*, Gal. *ἢ εἰ περιπλανώμενος*, cod. vetus *ἢ εἴ περ πλανώμενος*. Credo codicis veteris lectionem natam esse e Galenica.

De coniectura *ἢ καί τι ἀνωτέρω* porro dedit pro *ἢ καὶ ἔτι ἀνωτέρω*, quod quare mutetur non video, licet *καί τι ἀνωτέρω* item sanum sensum praebeat.

Tandem *ἐν αὐτῇσι ταύτῃσι τῇσι ἡμέρῃσι* scripsit vulgato *ταύτῃσι* et codicis veteris *αὐτῇσι* recepto. Per me licet.

§ 47. Ubi vulgo *δεῖ μέντοι καὶ τὸ σῶμα τούτοισι ἐλινύειν κ. τ. ἑ.*, pro *μέντοι* unus cod. habet solum *μέν*, alter solum *δέ*. R. dedit *δεῖ μὲν δὴ καὶ κ. τ. ἑ.*, quod mihi non arridet; equidem *μέντοι* probam lectionem esse opinor; quodsi *μὲν δή* usurpare vellem, saltem *καὶ δεῖ μὲν δὴ καὶ τὸ σ. ἑ.* scripserim.

Quod dein *ἐξαπίνης* revocavit, ubi *ἐξαίφνης* libri, ex Hippocratis sane usu est.

Dedit porro *πουλὺ πλείω ἂν βλαβείη*, ubi libri inter hanc lectionem et quod ego e cod. vetere receperam, *πουλὺ πλείω βλάψει* variant. Equidem nunc etiam praecedente *ἢν — ἔλθῃ* praefero indicativum *βλάψει*.

Praetulit vulgatum *ἐμπέσοι*, ubi *ἐκπέσοι* cum cod. vet. et Gal. dederam; utrumque ferri posse videtur, ego tamen nunc etiam hoc praetulerim.

De suo scripsit *δεῖ δὲ δή* pro *δεῖ δὲ καί*, tum omisit e librorum scriptura *ἐκ πλήθεος βρώμης*, ita ut solum legat: *δεῖ δὲ δὴ τούτοισι καὶ τὴν κοιλίην ἐλινύειν* pro *δεῖ δὲ καὶ τούτοισι τὴν κοιλίην ἐλινύειν ἐκ πλήθεος βρώμης*. Mihi non certo persuasum est vulgatam esse mutandam, *ἐκ πλήθεος βρώμης* insiticium esse non credo.

§ 48. Initio scripsit ὁ μὲν οὖν πλεῖστος κ. τ. ἑ., ubi vulgo ὁ δὴ (δή om. cod. vetus) οὖν πλεῖστος; nimirum quum vulgo paulo post legatur ἐς πάντα μὲν οὖν εὔχρηστον ταῦτα εἰδέναι, ibi ἐς πάντα δὲ εὔχρ. κ. τ. ἑ. edidit, μὲν οὖν ex his ad superiora transferens. Potest sane fieri.

Dein ὅτι εἰκῇ ἐν τῇσι ὀξέῃσι νούσοισι ἐς τὰ ῥοφήματα μεταβάλλουσι dat, de suo εἰκῇ inferens, quod num fieri debeat, mihi valde dubium videtur.

Profecto vero otiosa est correctio, qua μεταβλητέον γάρ, ὡς ἐγὼ κελεύω ᾗ δεῖ edidit pro ἤδη vulgatae.

Servavit ἔπειτα οὐ χρηστέον, ubi de coniectura ἐπεί τοι scripseram, cuius rei me nondum poenitet.

§ 49. Ἀγρυπνίη — ἐμποιέει hoc loco descripsit. De translatione, qua nunc etiam opus esse arbitror, vide adnotata ad § mihi 48.

In verbis autem hisce codicem veterem sequitur, cum ὠμὰ καί ante ἀπεπτότερα omittit et λύει τὸ σῶμα pro διαλύει τὸ σῶμα legit. Ego in his veteris libri scripturam non praefero.

§ 50. Prope ab initio ἧσσόν ἐστι καρηβαρικὸς τοῦ ἑτέρου, τοῦ οἰνώδεος scripsit: nempe τοῦ ἑτέρου effecit e vulgata lect. καρηβαρικώτερος pro καρηβαρικός. Non credo ab auctore τοῦ ἑτέρου datum fuisse.

Servavit κατ' ἔντερον ubi cum Lind. et paucis mss. κατὰ τὸ ἔντερον dederam; cod. vetus eo loco κατὰ ἔντερον.

§ 51. καὶ διουρητικὸς δὴ οὖν καὶ φυσέων καταρρηκτικὸς ἐών scribit: nempe δὴ οὖν e Galeni δὲ ὤν formans, unde ipse δ' ἐών dederam. Intelligis eum δὴ οὖν dare ut haec cum superiore ἐς δὲ κύστιν μᾶλλον πόριμος ἐών arctius copulet; equidem tamen δὴ οὖν prae δ' ἐών minime praefero; hoc latet in δὲ ὤν, non illud. Probandum videtur quod φυσέων de suo adposuit. Post καταρρηκτικός legit ἐών e codicis veteris ὤν. — Inter προσωφελέοι ἄν vulgatae et προσωφελέει codicis veteris optionem liberam esse existimo.

τεκμήριά ἐστι τῆς παρὰ τοῦ οἴνου ὠφελείης καὶ βλάβης dedit pro τὰ περί et τῆς περί. Legi sane ita locus potest; περί tamen vitiosum esse non certo affirmare ausim.

§ 52. Principio κιρρῷ δ' αὖ οἴνῳ e Galeno et codicis veteris lectione δ' ἄν dedit pro κιρρῷ δὲ οἴνῳ. Tum articulum ante διαχωρήματα omisit cum cod. vet. et pro ξυσματωδέστερα εἴη de suo ξυσματωδέστερα ἴοι scripsit, qua coniectura sane opus non est, quum vulgata recte se habeat. Neque arridet quod ἔν τε τοῖσι τοιούτοισι de suo edidit, libris ἐν δὴ (δὲ) τοῖσι τοιούτοισι ferentibus. Num porro opus sit de coniectura dare τὰ δὲ κατ' ἔντερον καὶ ὑποχόνδριον μᾶλλον ὀνήσει ἢν ἀκρητέστερος ᾖ, libris καὶ ὑποχόνδριον non habentibus, dubito; quin parum probabile mihi videtur, si antecedens τὰ διαχωρήματα δὲ πλαδαρώτερα καὶ ξυσματωδέστερα εἴη respiciam. Puto nos in hoc capitulo plures habere coniecturas inutiles.

§ 53. Legit ἢ τοῖσι μὴ τοιούτοισιν ἐοῦσιν ubi vulgo pro ἐοῦσιν scribitur ἐστίν, quod alii omittunt.

Dein ἔχει γὰρ σμηγματῶδές τι, εἰ μᾶλλον τοῦ καιροῦ καταγλισχραίνοιτο τὸ πτύαλον de coniectura dedit, libris ὅ pro εἰ et tum καταγλισχραίνει habentibus. Speciosam esse coniecturam non nego, attamen vere haec ita emendari non mihi persuadet. Locus

quem in adn. e § 58. citavi, primum facit ut dubitem; tum quaero num probabile sit mulsam tum demum detergens quid habere, si sputa tenacia fiant. Mihi nondum certo persuasum est de vulgata decedendum esse.

Servat *οὐρητικόν*, uhi *διουρητικόν* e cod. vetere dederam. *Διουρητικός* supra etiam § 51. legitur et in vulgata *δι* post *καί* facile perire potuisse nemo negabit.

διαχωρητικώτερον pro *διαχωρητικόν* recepit e Galeno consentienter cum Littréo. Non adversor.

§ 55. In hoc capitulo *οὐ δοτέον* utroque loco servavit, ubi *μὴ δοτέον* receperam e vulgata priore loco, altero vero e cod. Med.

§ 56. De coniectura *ἐκληΐσθῃ δὲ τοῦτο* scribit, ubi libri *ἐκλήθῃ*. Nolim in eiusmodi re, uhi causa idonea cur fiat non apparet, de tradita scriptura deflectere.

Tum *ὡς τοιῷδε δῆθεν ἐόντι* cum Littréo et cod. vetere edidit pro *ὡς τοιοῦδε δῆθεν ἐόντος*. Praestat sane illa lectio ms. antiqui.

Item cum cod. vet. et Gal. *ταράσσοι* scripsit pro *ἐκταράσσοι*. Equidem *ἐκταράσσειν* de diarrhoea suscitata nondum postpono simplici *ταράσσειν*.

Postea *μέγα μὴν διαφέρει καὶ οἴνου καὶ μέλιτος ἀκρητότης ἐς ἰσχύν· ἀμφοῖν ὁμῶς τοίνυν, εἰ καὶ διπλάσιον μέτρον οἴνου, καὶ ἀκρήτου κ. τ. ἑ.* exhibuit. Vulgata fert *ἐς ἰσχὺν ἀμφοῖν· ὅμως τοίνυν*, cod. vero vetus *ἐς ἰσχὺν ἀμφοτέρων δ' ὅμως τούτων*. Equidem nondum alio modo haec describenda censeo quam quo olim edidi. Item *καί* ante *ἀκρήτου* cum Gal. et cod. vetere omittendum videtur.

ὑπὸ τοῦ μέλιτος μούνου, εἰ μὴ κ. τ. ἑ. effecit e lect. vulgata *μοῦνον εἰ μή*, quam ego non reiiciendam esse credo.

Utrum *πρὸ ῥοφημάτων* an *πρὸ ῥοφήματος* Hipp. dederit, non facile cognoveris.

§ 57. suh finem *τῶν κακοτήτων αὐτοῦ τουτέων* dedit. Nempe pro *αὐτοῦ* unum ms. *τουτέων*, itaque utrumque recepit; ac sane *τῶν κακοτήτων αὐτοῦ τούτων* valde congruum est hoc loco.

§ 58. Scripsit *καὶ ὡσπερεὶ διαπτερώσειε κ. τ. ἑ.*, *ὡσπερεί* e Gal., aliis libris pro *ὥσπερ* recipiens, quod mihi nunc magis placet quam solum *ὥσπερ*. Tum verissime in adnotatione *διαπτεροῦν* explicat.

§ 59. Quod principio *τὸ μέντοι ὀλίγον ὀξύ* scripsit, sine addito *μέλι* laudo. Item quod articulum ante *στόμα* reiecit. Contrario vero modo sentio de scriptura *καὶ σπλάγχνοισι τῇσι τ' αὐτῇσι αἰτίῃσι καὶ ταύτῃ εὐμενές*, quae mihi infelicissima novatio esse videtur. Solum verum esse nunc etiam opinor *καὶ σπλάγχνοισι τοῖσι ταύτῃ εὐμενές*, quod exhihui. Consentio contra in lectione *καὶ γὰρ τὰς κ. τ. ἑ.*, uhi *γάρ* perperam ipse neglexi. Minus sane arridet, *βλάβας, ταύτας αὕτη κωλύει*, nempe *ταύτας* supervacaneum, *αὕτη* ineptum videtur. Omisit *τήν* in *μούνην τὴν δι' ὀξυμέλιτος γιγνομένην βλάβην*.

§ 60. haud procul ab initio: *ἀτὰρ καί, ὁκόταν πουλὺ ᾖ τὸ μεταξύ, μετὰ ῥόφημα οὐδὲν κωλύει πίνειν* dedit de coniectura, libris *ἀτὰρ καὶ ὁκόταν πουλὺ μετὰ ῥόφημα ᾖ, οὐδὲν κωλύει πίνειν* praebentibus. Mihi Reinholdi coniectura arhitraria, non necessaria esse videtur.

Paulo post *διὰ ξύσιν καὶ τρηχυσμὸν τοῦ ἐντέρου* est codicis veteris lectio, vulgata pro

καί babet *ἤ*, quare olim credidi *ἢ τρηχυσμόν* esse glossema nominis *ξύσιν*. Nunc etiam mihi suspectum est.

Servat dein *ἀκόπρῳ γὰρ ἐόντι*, ubi de meo *ἄκοπρον γὰρ ἐόν τι* dederam. Ego falsus sum, ceteri et R. recte dativum defendunt.

Vulgo *μᾶλλον ἐμποιέοι ἂν καὶ ταῦτα κενεαγγείης παρεούσης*. Equidem cum cod. vetere, Galeno, aliis mss. *καί* omiseram; R. aliam rationem iniit et *ταῦτα, καὶ κ. π.* scripsit; quod fieri potest.

οὕτω γὰρ ἂν . . . . ἥκιστα ἂν βλάπτοι e Gal. aliis dedit, ubi *ἄν* post *οὕτω* vulgo abest.

καὶ ἃ δεῖται προσωφελέειν, προσωφελοίη ἂν vulgo; cod. vetus, cuius lectionem receperam, pro *προσωφελέειν* habet *ὠφελείης*, quod etiam alia mss. nonnulla ferunt. R. *καὶ ἃ ἢ δεῖται προσωφελέειν κ. τ. ἑ.*, de qua correctione dubito.

§ 61. Servavit in hac §. R. pristinum verborum ordinem, quem ego nunc etiam vitiosum esse iudico et de cuius emendatione dixi in adn. ad editionem meam. p. 322.

§ 62. Verba *πλημμυρίδα γάρ τινα ἐμποιέει* reliquit R. in sede pristina post *διὰ τὴν μεταβολὴν τῆς ποιότητος τῶν ποτῶν*. Quodsi iam nihil aliud agens locum perlegas, videbis inesse ratiocinationem absurdam. Nempe membrum illud de sede sua aberravit, sicuti dixi, quum haec edebam. Retuli ad locum infra obvium post *καὶ φιλαδυναμώτατον ὅταν ἐς κενεότητα ἐσέλθῃ*; sed non nunc primum observavi, verum satis longum tempus est, quo animadverti aptiorem, quo inseratur membrum, locum esse post *ἐπιπολαστικόν*, ita ut legatur *καὶ ἐγκλυδαστικόν τε καὶ ἐπιπολαστικὸν, πλημμυρίδα γάρ τινα ἐμποιέει*.

Pro *καὶ κάκιστον ἑωυτοῦ* e Galeno scripsit *κάκιστον δ' ἑωυτοῦ*, quod facile probo.

Paulo post vulgo *καὶ σπληνὸς δὲ αὐξητικὸν καὶ ἥπατός ἐστι ὁκόταν πεπυρωμένον ᾖ*. Duo vero codd. *πεπυρωμένα*, quos secutus est R. Fateor me nunc dubitare quid dandum sit et tamen potius inclino in vulgatam quam in alteram lectionem. Sed unam rem lubens concedo Reinholdo eamque maximi nunc momenti: nempe si *πεπυρωμένον* legas, ad hepar referendum est, quod perperam olim negavi, sin *πεπυρωμένα* legas, ad lienem et iecur spectabit; *πυροῦσθαι* de aqua dici non est probabile, quin etiam ineptum.

De *δέ τε*, quod saepius inferre solet R., dissentio; non puto probatum scriptorem ita loqui.

Vulgo *προσβλάπτει δέ τι καὶ διὰ τόδε*, in quibus pro *δέ τι* R. legit *δ' ἔτι*. Fieri hoc sane potest.

§ 63. *κιρρὸν πάντως δοτέον οἶνον* dedit de suo pro *παντελῶς*, quod omnes ferunt libri. Non video hoc ferri non posse, ita ut de coniectura mutandum sit.

ἅπτοιτο κεφαλῆς καὶ γνώμης cum cod. vetere legit, ubi *τῆς τε κεφ. καὶ τῆς γνώμης* ex aliis libris dederam.

§ 64. Principio *κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ποτῶν κ. τ. ἑ.* scripsit e cod. vet., aliis, qui *ταῦτα* ferunt, quod Littr. servavit, sed recte mutatur a R. Tum haec lectio, tum vulgata constare potest.

Ubi porro vulgo *ὅτε οὖν ἄν τινος αὐτῶν καιρὸς ᾖ χρέεσθαι*, vel simile fere quid aliud, Littr. adnotavit: „Il faut faire attention qu'ici *τινός* est régi non par *χρέεσθαι*, qui se construit toujours avec le datif, mais par *καιρός*." R. vero de coniectura dedit *ὅτε οὖν ἄν τινος αὐτῶν καιρὸς ᾖ, ᾖ χρέεσθαι χρὴ κ. τ. ἑ.*, quae emendatio neque apta, neque necessaria videtur.

Neque satis perspicio, quo iure addiderit de suo ἑκάστῳ verbis γεγράψεταί παρ' αὐτῷ τῷ νοσήματι ἑκάστῳ κ. τ. ἑ.

§ 65. Initio λουτρὸν μέν et λουτρὸν δέ sunt codicum lectt., nisi quod ms. unum λουτρῶν habet; plures vero codd. ferunt programma περὶ λουτροῦ, cod. vetus περὶ λουτρῶν. Iam vero R. dedit λουτρῶν δὲ, λουτρὸν μὲν ἐν συχνοῖσι κ. τ. ἑ. Equidem non credo in traditis loci scripturis eiusmodi quid latere.

Quod servavit βλάπτοιντο ἂν οὐ σμικρά, non displicet, licet olim alio modo sentirem. Tandem μηδὲ τὴν κεφ., μηδὲ τὸ ἄλλο σῶμα dedit, pro μήτε — μήτε Non male, ut opinor.

§ 66. Αὐτίκα μέντοι μέγα μὲν δὴ μέρος χρὴ νέμειν κ. τ. ἑ. dedit, multis libris αὐτίκα ferentibus et vulgata μέγα μέντοι, codice vetere μέγα μὲν δὴ cum aliis habente. Ego si αὐτίκα reciperem, malim αὐτίκα μέντοι μέγα τι μέρος κ. τ. ἑ.

§ 67. Edidit μεγάλην φέρει βλάβην cum cod. vetere, sine τήν. Tum οἷσιν ἂν ἡ κοιλίη ὑγροτέρη ᾖ et οὐδὲ οἷσιν ἂν ἑστήκῃ dedit, partim de coniectura, saltem pertenuia sunt huius scripturae indicia. Vulgatum ἀ λ λ' οὐδὲ δή servavit et οὐδὲ δὴ τοὺς ἀσώδεας, ubi alii ἀλλ' et alterum δή omittunt.

Ego vero non satis video cur suspecta sint Reinholdo verba τοὺς δὲ καιροὺς οἶδας, quae reiecit; nullum reperio indicium interpolationis.

Tandem de suo dedit: ἢν δὲ ἔλασσον τοῦ καιροῦ ῥέῃ, λούειν, ἢ ὅλον τὸ σῶμα, ἤν τι πρὸς τὰ ἄλλα ἀρήγῃ, ἢ τὴν κεφαλὴν μοῦνον. Vulgo: ἢν δὲ ἔλασσον τοῦ καιροῦ ῥέῃ, λούειν, ἤν τε ὅλον τὸ σῶμα πρὸς τὰ ἄλλα ἀρήγῃ, ἤν τε τὴν κεφαλὴν μοῦνον. Quae quam vitii suspicionem habeant, me non videre profiteor.

§ 68. Ex προσδέεταί τινος κάρτα effecit προσδεῖ τέ τινος κάρτα, quod propter sequens προσδεῖ probandum esse existimo.

---

§ 1. Pro vulgato ὀστεοκόπου, pro quo cod. vetus κόπου, unum ms. ὅτεο κόπου, dedit τευ κόπου. Lectio me iudice tam incerta est, ut utrum ὑπὸ ὀστεοκόπου, an ὑπό τεο κόπου ab auctoris manu sit, an ὑπὸ κόπου solum, non amplius sciri possit.

Plurale ἀγρυπνίαι pro ἀγρυπνίη vulgatae e multis mss. dedit.

Ἕως ἂν ἔξω τῶν κρισίμων γένηται servavit; ἔστ' ἂν dederam ipse cum cod. vetere et Gal.

καὶ πτύσεται ταχέα servavit, ubi ἢ pro καί de meo invexeram; fortasse recte καί tuetur in lectione parum certa, licet ἤ malim; maxime si respiciam § 2.

§ 2. Post οὐ κρίνεται sub finem loci vulgo καὶ ὄρχις ἐνταθεὶς κριτικόν, de quibus verbis non alio modo quam antea sentio. R. pro iis post ἢ αἰδοίου πελίωμα de coniectura adscripsit ἢ ὄρχιος ἔντασις.

§ 3. In fine loci post ὁ νοσέων vulgo: καὶ λιμοῦ χρήζοι, Gal. ἢ καὶ λιμοῦ χρήζοι cod. vet. καὶ λειμῷ εἰ χρήζοι, quod λιμῷ scribens recepi. R. de coniectura καὶ χυλοῦ χρήζῃ provocans ad extremam § 9. Probabilis emendatio mihi videtur.

§ 4. Ubi initio vulgo *μὴ πνευμάτων ἀπολήψι*, ego absurdum *μή* reieceram. R. negationem in *ἐπί* mutavit, quod sane non displicet. Videant tamen futuri editores num totum illud *μὴ πνευμάτων ἀπολήψι*, utpote otiosum, reücere oporteat.

Servavit vulgatum *ἢ πνευμάτων προστάσιες ὀρθοπνοίης ξηρῆς*, ubi cum cod. vetere *ἤ* omiseram et ex aliis libris *προτάσιες* et *πνεύματος* dederam. Fateor haec tam obscura mihi esse, ut de vulgata decedere parum tutum videatur. Credo tamen potius *πνεύματος προστάσιες* quam *πνευμάτων προστάσιές* congruere.

Sub finem *ἔπειτα δὲ ἐπὶ κλυσμῶν* vulgo, ubi *κλυσμόν* cum cod. vetere et duobus aliis Littr. et ipse dedimus. Hinc R. *ἔπειτα δὲ ἠπίων κλυσμῶν*. Ego aut cum cod. vet. idem quod olim scripserim, aut *ἔπειτα δὲ κλυσμῶν κ. τ. ἑ.* — Illud *ἠπίων* in *ἐπί* latere, non credo.

§ 5. Quod praesentia *γιγνομένου* et *ἐπικρατέῃ* recepit, non displicet.

§ 6. De *ἢ ἄλλης αἰτίης ἰσχυρῆς* nondum alio modo quam in adn. dixi, sentio. Neque de lacuna post *σφυγμοί* sententiam mutavi.

§ 7. De prima periodo, in quam *ἀπολήψιος* et *προγένηται* introduxit R., cum eo non consentio: *προγένηται* mihi non ferendum adeoque neque *ἀπολήψιος* admittendum videtur. Nondum aliter de his sentio, quam in adnotatione significavi.

De *ἐν αὐτῷ*, pro quo *ἐν αὐτῇσι* reponendum sum arbitratus, nunc R. quoque a me dissentire video, quippe vulgatam servat. Fortasse mea culpa vulgata nondum mihi satisfacit. Quod *οὐ δυναμένων* servat, ubi *μὴ δ.* e Vossiano dederam, recte puto illum facere.

§ 8. De scriptura *τὴν δὲ κάτω κοιλίην, ἢν μὴ ὑποχωρέῃ κλυσμῷ, ὄνου γάλα ἑφθὸν δίδου* consentio, licet structura plane vitiosa sit et *ἡ δὲ κάτω κοιλίη ἢν μὴ ὑποχωρέῃ κλυσμῷ* potius exspectaveris!

§ 9. Plane nunc consentio cum R. de scriptura *τῆς γὰρ ὑποτεινομένης σταφύλης ἑκατέρωθεν φλὲψ παχεῖα*. Item consentio de his e textu removendis; omnino emblema referunt. Item consentio de *ἤδε ὑπὸ βίης κ. τ. ἑ.*

§ 10. Cum Littréo *καὶ νιτρῶδες ᾖ* scribit, e cod. vetere *ᾖ* recepto. Consentio. Item consentio de *τοὺς ὄπισθεν τένοντας τοὺς ἐν τῷ τραχήλῳ*. Postea ubi libri inter *οἱ* et *οἷον* fluctuant, utrumque recipiens *καὶ δοκέει οἱ οἷον τέτανος ἐντετάσθαι* dedit. Num *καί* ante *διὰ τὴν ὥρην* dandum sit, an non, vix certo scio; unus tantum codex copulam praebet.

§ 11. Ego nunc etiam malim *νεοβρῶτι ἐόντι*, nempe non duo casus proponi arbitror, sed unum, ita ut codici veteri obtemperandum sit *ἤ* ante *νεοβρῶτι* omittenti. Sed post *ὑπεούσης* non est distinguendum commate: uno tenore legendum *παλαιῆς κόπρου ὑπεούσης νεοβρῶτι ἐόντι*.

§ 12. De omittendis *ἀλλ' ἢ τεταρταῖον* post *ἔσω τριῶν ἡμερέων μὴ φαρμακεύειν* consentio. Quod attinet ad *χρῶ, χρεόμενος* utraque lectione recepta, sentio ita legi posse, licet non credam scriptorem id dedisse; hic solum *χρῶ* scripsisse mihi videtur. Pro *μηδὲ μελλόντων* de suo R. *ἢ μ.*, qua mutatione opus esse non credo.

§ 13. Ubi vulgo *ἡγεῖο*, R. dedit *ἡγείου*; puto tutissimum esse cum vetere cod. *ἡγοῦ* dare.

Vide num *εἰκότως* emblema sit; ego abiicere vellem.

Si *ὅδε* et *οὗτος* noster semper solito modo distingueret, praeferrem sane *κατὰ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον*, sed hoc non facit, quare puto potius codicis veteris lectionem recentem esse quam vulgatam. Num *ἁμαρτήσει* noster, an *ἁμαρτήσεις* dederit, nescio.

§ 14. Si *τοῦδ' οὖν εἵνεκα* malit qnam *τούτου δ' εἵνεκα*, non multum adversor, quamquam *οὖν* in tradita lectione non apparet; — *ἄνω* abiecit e verbis *τὴν ἄνω κοιλίην εἶναι*; mihi non reiiciendum videtur; — *καὶ ἕλκεται καὶ ἐμέειν ἐθέλει καὶ ἢν πονηρὰ ἐμέῃ κ. τ. ἑ.* servat; mihi nunc quoque probabile videtur notata verba esse scholion, vid. adn. nostra p. 336.

De *ἢν μὴ ἱδρώσῃ* et *καὶ ἢν* s. *κἢν μὴ ἱδρώσῃ* sic sentio: utrumque sensum sanum refert.

§ 16. *αὐτοὶ δὲ ἀφ' ἑωυτῶν* servavit, ubi e cod. A. *ἐφ'* recepi; per me licet.

ὡς δὲ τοιῶνδε ἐόντων, ἢν ἡ κοιλίη ὑγρὴ ᾖ καὶ ξυντήκῃ, δοκέει μοι κ. τ. ἑ. In his vulgatum *ὅσων* in *ὡς* mutavit; structura facilis non est loci ita descripti. Si R. vestigiis insistere lubeat, malis fere: *ὡς οὖν τοιῶνδε ἐόντων ἢν ἡ κοιλίη κ. τ. ἑ.*

καὶ τὰ πόματα τὰ σταλτικὰ καὶ οἰνωδέστερα καὶ στυπτικώτερα. De his non aliter sentio quam olim in adn. significavi.

§ 17. *Ὁκόσοισι δ' ἐν τῷ πυρετῷ* pro *δὲ τῶν πυρετῶν* dedit. Equidem potius *ἐν πυρετῷ* sine articulo scripserim, si ita locum constituere vellem.

Sub finem *ἄλλας ἴσχει μεταβολάς* e vulgata lectione dedit; cum Littréo e cod. vetere et altero bonae notae *ἴσχειν* dederam; quid praestet vix scio.

§ 18. Edidit *ὡς πλεῖστον χρόνον ἐπὶ τὰ αὐτὰ καρτερέοντα*, de suo *ὡς* addens, quod non displicet. De *ξυντείνουσι* pro *ξυντείνονται* nuno etiam dubito.

§ 21. Prope initium *ὅκως μὴ διαλήσει τί σε, μήτε τῶν προφασίων μήτε τῶν κατὰ λογισμὸν, ὁκόσα κ. τ. ἑ.* edidit. Vulgo *διαλήσεται τις τῶν προφασίων, μήτε τῶν κ. λ., μήτε ὁκόσα κ. τ. ἑ.*, in quibus *τις* om. cod. vetus, alii *τι* habent. Potest sane locus ita constitui. Fortasse recte *μήτε* transtulit. Sub finem loci *ἑτερορροπέας* vitiosum est: aut *ἑτερορρεπέας*, aut *ἑτερορρόπους* scribendum.

§ 22. *καταμανθάνειν δὲ καὶ τάδε· ἐν τῇσι κ. τ. ἑ.* dedit e Galeni loco, ubi *καὶ τά*. Non displicet haec loci scriptura, si *καὶ εἰ τοῦ πνεύματος εὐφορίη αὐτὸν ἔχει* servetur; malim tamen nunc etiam *ἢ* pro *καί* legere de rebus inter se oppositis. Quodsi *ἢ* legas, *τάδε* ferri quidem potest, sed ego tamen non receperim e solo Galeni commentario. Item in sequentibus *ἢ εἰ καθαρόν* malim dare quam *καὶ εἰ κ.*

§ 23. Dedit *ὁκόταν δὲ μὴ ὑπακούῃ τῇ βαλάνῳ, ἐνεῖναι δὲ δοκέῃ τοῦ πνεύματος εὐφορίη, ἢν διαναστάσι ἐπὶ τὸν θρόνον ἢ αὐτοῦ ἐν τῇ κλίνῃ ἀψυχίη ἐγγένηται κ. τ. ἑ.* Vulgata pro notatis illis: *ἐνῇ* (*ἐπήν* cod. vetus) *δὲ* (*καί* interponit cod. vetus) *τοῦ πνεύματος εὐφορίη* (*ἀφορίη* alii duo) (*η* (sic) mutatum in *ᾗ εἰ* secundâ manu cod. vet.) *διαναστὰς ἐπὶ τὸν θρόνον ἢ αὐτοῦ ἐν τῇ κλίνῃ ἢν* (*ἡ* pro *ἢν* Gal.) *ἀψυχίη ἐνῇ* (*ἐνγένηται* cod. vetus) *κ. τ. ἑ.* R. suum *ἐνεῖναι δὲ δοκέῃ* debet Galeni in commentario verbis *δοκεῖ δ' εὐφόρως ἔχειν ὁ κάμνων*, quae auctoritas in textu constituendo saltem perparum firma. Non multum placet *διαναστάσι*, nempe aut anacoluthos structura est, quemadmodum dixi in adn., aut *διαναστάντι* legendum. Summatim ego malim nunc etiam locum describere, quemadmodum edidi, quam Reinholdi rationem sequi.

In altera capituli periodo *ᾧ ἂν γὰρ ἀνομοίως τὸ πνεῦμα δι' ἀμφοῖν ἕλκηται* legit. Vulgo *ἢν* (*ὧν γάρ* cod. vetus) *ὁμοίως τὸ πνεῦμα δι' ἀμφοτέρων* (*ἀμφοῖν* cod. vetus) *ἕλκηται.* Utrum iam *ᾧ γὰρ ἂν* e cod. vet. legas, an *ἢν* non multum refert, sed *ἀνομοίως* non congruere

videtur cum sequenti *καὶ ἣν πουλὺ Φέρηται ἐκ τῶν μυκτήρων*. Correctio Reinholdi igitur parum mihi arridet.

§ 24. Post *καὶ χυλοῖσι* delevit *παραΦύλασσε*, quod sane tuto fieri potest, licet libri ferant.

§ 25. Retinuit vulgatum *καὶ αὐχένα ὄπισθεν τῆς κεΦ.*; ego olim legere malui *καὶ κατ' αὐχένα καὶ ὄπισθεν τῆς κεΦ.*, quae ratio nondum mihi displicet. Tutissimum sane de vulgata non decedere.

§ 26. Nunc etiam coniungere malim *ἔτι δ' ἐόντων ἐν πυρετοῖσι ἣν κ. τ. ἑ.* quam *μὴ ἐκπεπαίνηται ἔτι ἐόντων ἐν πυρετοῖσι, ἣν κ. τ. ἑ.*

Pro librorum lectione *τοσῷδε χεῖρον καὶ* (*καί* omm. codd. 4) *μῆκος* (*ἐπίμηκες* libri multi) R. dedit *τοσῷδε χωρέει καὶ ἐπὶ μῆκος*. Me iudice hoc e vulgatis erui minime potest. Ego si iterum locum ederem, scriberem *τοσῷδε χεῖρον καὶ ἐπιμηκέστερον*.

Dedit *περιΦλεγὴς γιγνόμενος* pro *πυριΦλεγὴς γενόμενος*. Nunc etiam solum *πυριΦλεγὴς* dederim.

Neque arridet *βλέΦαρον τὸ ἕτερον*, uti dixi in adnn.

Denique *τὰ δὲ σημεῖα μάλιστα γίγνεται τ ὰ π ο λ λ ὰ ἐπὶ τὸν περισσὸν ἄριθμον μ ᾶ λ λ ο ν ἢ ἐπὶ τὸν ἄρτιον* dedit pro *πολλά*, quod cod. vetus om., *μᾶλλον* vero de suo intulit. Alius sane alio modo haec scribere, veram lectionem reperire nemo facile poterit.

§ 27. De suo *τὴν δὲ ἄλλην θεραπείην* dedit ubi vulgo dativus legitur, cod. vero vetus *ἐν δὲ τῇ ἄλλῃ θ.* habet. Constare sane potest accusativus.

Tum *αἰεὶ ἂν βελτιόνως ἔχοι* scripsit pro *ἵνα* (*ὡς* cod. vetus) *βελτιόνως ἔχῃ*. Ego nihil mutaverim, sed si in partem eam abirem potius *βελτιόνως ἂν ἔχοι* e tradita lectione elicuerim.

§ 28. Ratio, qua R. locum, ubi manifesto dittographia est (vide adn. nostram), ad hunc modum reficiat: *ἀλλ' ὁκόταν Φανῇ ἐπὶ τῇ ἡμέρῃ ταύτῃ χρόνον τῷ τοιῷδε μακρότερον ξυμμένει*, ut a quoquam probetur multum vereor.

§ 29. Edidit *καὶ τὸ σῶμα ἐκ γυμνασίων οἱ εὖ εὐσαρκώσιος ἔχῃ*, ubi libri *καὶ τὸ σῶμα ἐκ γυμνασίων ἢ* (*ἢ ἢ* cod. vetus) *εὐσαρκώσιος ἔχῃ*, in quibus ipse *ἢ* in *καί* mutaveram propter rationes, quas in adn. exposui. — In Reinholdi lectione offendit *εὖ εὐσαρκώσιος* tum propter cacophoniam, tum quia non constat in ea lectione cur potius *εὐσαρκώσιος* quam *εὐσαρκίας* usurpetur, quum tamen hoc in illo verborum nexu aptius poni videatur. Tum parum probabile *οἱ εὖ* in *ἢ ἢ* abiisse. Non difficile est aliquid reperire quod bene Graecum sit et exprimat quod auctori ob mentem versatum esse videatur: scribe v. c. *καὶ τὸ σῶμα ἐκ γυμνασίων εὔσαρκον ἔχῃ*. Sed equidem credo re ipsa auctorem scripsisse quod vulgata fert, in qua forsitan ne *ἢ* quidem in *καί* mutare debueram.

In *ἣν μὴ πουλὺ ἀλὲς ἐπεσσυθὲν αἷμα* omittit *πουλύ* de coniectura, glossema affirmans esse sequentis *ἀλές*. Non esse docebit Herod. I. 133. *χρέονται ἐπιΦορήμασι . . . πολλοῖσι καὶ οὐκ ἀλέσι.*

Ubi *ἢ κατὰ ἕδρην ἢ ἐμπυήσεις* (*ἐμπλησθείσης*, *ἢ ἐμπυήσεις*, *ἐμποιήσειεν* alii, de quibus vide Littr.) *ἢ μεταστάσεις ἢ ἀποστάσεις* (solum *ἀπόστασιν* cod. vet., *ἢ ἀποστάσεις* solum multi alii), — Reinh. scripsit: *ἢ κατὰ ἕδρην ἐμπλασθὲν ἐμποιήσῃ ἀπόστασιν*. Non infeliciter sane *ἐμπλασθέν* formavit ex *ἐμπλησθείσης*.

Tandem: *λυθέντων δὲ τούτων πτυσμάτων πεπόνων γίγνονται πτυσμοὶ ἢ οὔρων παχέων*

λείων λευκῶν ἔξοδοι. Ita R., in cuius lectione πεπόνων non nisi e comm. Galeni prodiit, qui ibi ἐκ τῶν πεπεμμένων πτυσμάτων habet, quod tamen ad παχέων spectare videtur.

§ 30. Principio interpungendo post πυρετῷ λυγγώδεϊ subvenit scripturae, e qua ἐν excidisse credidi. Consentio.

§ 31. Ubi mss. τούτοισι οὕτω χρὴ διάγειν, recte, ut opinor, reponit R. ἀρήγειν pro διάγειν, feliciter locum corrigere mihi visus est.

Postea καὶ θαρσέων (διακαθαρσίων pro θαρσέων alia est lectio), ἢν ὀξὺ τὸ ἄλγημα ᾖ, ἄγειν κ. τ. ἑ. vulgo. E cod. ς' θαρσέειν enotat Littr., sed haec lectio ducta videtur e comm. Galeni. Equidem infinitivum θαρσέειν hac auctoritate non receperim, eo minus autem, quum participium aptius quam ille ponatur.

Paulo inferius Φυλακὴ δὲ ἔστω ἕως ἀπυρέτου καὶ ἑβδόμης ceteri, R. Φ. δ. ἑ. καὶ ἀπυρέτου ἕως ἑβδόμης, quod mihi satis placet; scilicet videantur quae in fine adnotationis ad § 32. olim de vulgata scripsi.

§ 32. In scholio in fine loci apposite ὀρόβιον latere existimavit R. in lectione ὀρόβων.

§ 33. In οἱ γὰρ τοιοῦτοι ἱδρῶτες κ. τ. ἑ. iure γάρ e vulgata revocavit, quod Littr. et ego omisimus. Etiam nunc καὶ πτύσματα prae ἢ πτύσματα haud praefero; — particula disiunctiva requiri videtur propter causas, quas olim dixi.

§ 34. De hoc loco nihil adnoto; R. eum paulo aliter descripsit quam ipse feci; quivis vero alius alio quodam modo describere eum volet et poterit. In his certum quid non facile reperias.

§ 35. Idem de hoc loco valet. Reinholdi ἢν μή τις πυρετός parum placet.

§ 37. Emblema esse putat ᾗ οἱ μέγιστοι ξύνδεσμοι καταπεφυκότες ἕως ἐς πόδας ἀποτελευτῶσι. Fortasse scholion est, fortasse non est; nescio!

Ubi πίνειν δίδου οἶνον Κρητικόν scripsi, de coniectura δίδου inferens, R. id non fecit; sed nunc etiam sine δίδου oratio non recte procedere mihi videtur.

Tandem video quidem eum postea coniungere in sua lectione βραχίονας . . . κατελίσσειν . . . λάσιον ἐγκηρώσας μαλακῷ δέρματι, neque sane quidquam offendit in περιελίσσειν μαλακῷ δέρματι, sed miro modo tamen interponitur λάσιον ἐγκηρώσας, ubi non additur membro adponendum esse, ut μαλακῷ illo δέρματι firmetur. Locus sane non facile sine controversia constitui poterit.

§ 39. Puto omnino κοινόν esse veram lectionem, κοινή retinere non debueram.

§ 40. Quomodo ἢ δι' ἀκρησίην constare possit h. l. nondum video; cf. adn.

§ 42. Edidit ξυμφέρει δὲ τούτοισι ἐκ δυσαμένοισι καθεύδειν ubi libri ἐκλουσάμενοισι, pro quo simplex λουσαμένοισι dederam ipse. Credo Reinholdum pulchre locum expedivisse. Possint dormire vestiti, sed praecipit auctor ut vestibus exutis somnum capere tentent! Placet admodum editoris inventum!

§ 43. Recepit e multis libris et Gal. πρὸς ἅπερ μάλιστα ἡδίστως ἔχουσι, ubi vulgo ὅπερ.

§ 44. De κενοὶ, κεῖνοι nondum aliter sentio quam olim significavi. Parum aptum videtur κενεαγγέοντες κενοί εἰσι. Eiusmodi quid monere auctorem non credo; tum imitatio est loci, quem indicavi. Quaesivi num καὶ δειλοὶ ἐς πᾶν ἔργον exprimatur verbis loci nostri καὶ τρέμουσι ἐν παντὶ ἔργῳ, quod tamen minime probabile visum est.

De coniectura δειπνέειν — ὑγρότερα, ἀντὶ ἄρτου ἢ μάζης πτισάνην sic sentio: pulcre reperta mihi videtur neque veri specie carere.

§ 45. Aptiore loco ἐμποιέει collocavit.

§ 46. Quod ἐμποιέει pro simplice ποιέει coniecit et de coniectura alio loco intulit non displicet. Sed quare pro ἔξαψιν de suo ἔξαυσιν inferat, non satis intelligo; nulla opus est emendatione.

§ 47. De suo τά interponens scribit ἥκιστα τὰ τούτων κακὰ ἔχει. Consentio.

§ 48. Principio σίλφιον δὲ καὶ καυλὸς καὶ σιλφίου καὶ καυλοῦ ὀπός mihi non videtur probabilis lectio propter postrema illa, quae notavi.

De mutatione ἔστι μὲν οἷσι, μάλιστα δὲ τοῖσι ἀπείροισι οὐ διέρχεται τῇ κοιλίῃ nihil affirmo; res saltem incerta visa est.

De ἀλλ' ἐκκαλέεται ξηρὴν χολέρην pro ἀλλὰ καλέεται ξηρὴ χολέρη, dicam emendationem sine dubio pulchre repertam esse; malim vero equidem προκαλέεται δὲ ξηρὴν χολέρην.

§ 49. Pro vulgato συμφορώτερα πλὴν de suo dedit ἀξυμφορώτερα πάλιν ἐπεί, tum omittit τήν τε ἀπεψίην qua de re Littr. iam monuit. Prior illa mutatio mihi non plane satisfacit; post finem § 48. hoc loco πάλιν ἀξυμφορώτερα vix congruum. Quod ad τήν τε ἀπεψίην, his voculis facile locus carebit. Malim igitur Αἴγεια δὲ κρέα ὅσα τε ἐν βοείοισι ἔνι κακὰ πάντα ἔχει καὶ φυσωδέστερα κ. τ. ἑ. De ἐστι post γεννητικά opinor, id num addatur nec ne parvi interesse. Cetera describi apte posse quemadmodum ea dedit R., non ego negabo.

§ 50. Quod propter Galeni locum e comm., quem laudat, scribit ὁκόταν ἐνωμότερα ἢ καὶ πρικαῇ δέ κ. τ. ἑ. mirum videtur: auctoritas nempe eiusmodi me parum movet.

In seqq. αἰεὶ καί efficere videtur ex ἢ καί Galeni, paucorum aliorum; dubito num in ἢ lateat αἰεί.

§ 51. E cod. vetere, aliis ὑπίῃ pro ὑπάγῃ vulgatae introduxit, quae omnino vera videri possit lectio, certe prae altera praeferenda utroque loco, et tamen nunc etiam me movet quod in adn. attuli. Quod καὶ ἔλαιον δὲ δίδου ἕως ἂν ἡσυχῇ οἱ ἡ κ. scripsit, omnino placet.

De καὶ λέλυται nunc etiam eodem modo quo olim sentio; eximendum est.

§ 52. Dedit μάλιστα μὲν δεῖ ταλαιπωρίης, e codd. lectt. μέν et δέ hanc in δεῖ mutans et ita utramque recipiens. Equidem in tali lectione malim: πολλῆς εὐτυχίης δεόμενος, μάλιστα δὲ ταλαιπωρίης κ. τ. ἑ.

Potest sane vulgatum ante ἀκμάζῃ legi solitum ἅμα constare; item ἐξ ὄξους codicis veteris probandum.

§ 53. Legit ἢν δὲ πυρετός τέ μιν ἔχῃ καὶ στρόφοι ἔωσι, ubi μή, τε μή sunt codicum plerorumque lectiones, vetus vero ms. μή omittit. Mihi omnino arridet haec emendatio; ratio, qua τε in mss. occurrat, explicatur et febricitanti remedia enumerata facile commendari potuerunt.

Nondum ὄνειον prae βόειον praeferendum videtur propter causam, quam significavi in adn.

Sub finem loci vulgo καὶ κέγχρον καὶ χόνδρον ἑφθὸν ἐν γάλακτι, ἑφθὰ ψυχρὰ ἐσθίειν. In his equidem prius illud ἑφθόν deleveram; Reinholdus posterius ἑφθά in ταῦτα mutat. Possit quoque vulgata intacta servari!

§ 54. Recepit e cod. vet. παραφυλάσσειν pro φυλάσσειν. De ἐν τοῖσι μακροῖσι ἀρρωστήμασι, quod cum cod. vetere servavit R., non aliter nunc quam olim sentio; abiiciendum videtur; pars est scholii, quod vulgata integrum refert.

Parum placet finis capituli, qualem exhibet R.: ἐς ὃ ὁκότε πλεῖστον ἀπέχουσι τῆς ἐπιτάσιος εἰδέναι δεῖ. Littréi ratio e ms. lectione sponte sequitur; εἰδέναι δέ vero abiiciendum est.

§ 55. τοὺς φυσώδεας καὶ φλεβῶν ἀπολήψιας, ἐντεταμένους ὑποχόνδρια ferri non potest. Vide quae in editione adscripsi.

§ 56. ἢν — ξυμφέρει fugit editorem, qui tale quid non voluit profecto.

ἀφαιρέειν αὐτοῦ praestat prae vulgato αὐτῶν.

τὰ ἐπίλοιπα αὐτὸν ... θεράπευε pro vulgato αὐτῶν ferri sane potest, credo tamen melius reiici pronomen otiose a librariis repetitum.

§ 57. κάτω δὲ μηδενὶ τῶν τοιῶνδε servavit, ubi μηδένα scripsi de meo; intelligo quidem μηδενί esse debere μηδενὶ φαρμάκῳ τῶν τοιῶνδε, verum unum ἐλλέβορον antea memoravit. Mihi nunc etiam μηδένα reponendum videtur.

τῷ τοιῷδε τῷ σώματι ξυμφέρει μηδὲν προσφέρεσθαι κ. τ. ἑ., in quibus τῷ ante σώματι de suo infert et recepit duas mss. lectiones ξυμφέρει vulgatae et προσφέρεσθαι codicis veteris. Malim: τῷ τοιῷδε μηδὲν προσφερέσθω.

Minutum quidem est quod nunc noto, sed omnes huc usque fugit et me ipsum cum hunc locum edebam: ὀλισθῇ scripsimus omnes, at ὀλίσθῃ est scribendum; ὤλισθον coniunctivum habet ὀλίσθω, quemadmodum ἔβαλον βάλω.

ἀλλ' ἀποστηρίζει κου τὰ τοιουτότροπα in fine loci scribit, ubi libri alii pro κου ferunt καί, alii nihil. Recte sane κου coniecit pro καί.

§ 58. Lacunosam esse formulam non credere videtur R.; ego nunc etiam aliquid deesse contendo, quod partim ad praeparandi methodum, partim ad sumendi modum spectaverit. Ipsum illud δέ in νῆστις δὲ π., quod R. delevit, indicium est lacunae.

In huius capituli scriptura Reinboldi placet quod pro προσεπισπασάμενος πίεσον scripsit ἐπισπασάμενος προσπίεσον. Ceterum ordinem membrorum eum esse, quem olim exhibui, nunc etiam credo.

§ 60. Vide num legi oporteat: ξυμμίσγεται δὲ καὶ τοῖσι ἐλλεβόροισι τὸ τρίτον μέρος τῆς πόσιος καὶ ἧσσον πνίγει.

§ 61. Principio τριχώσιος· ὑποκείσθω· ῥάμμα κ. τ. ἑ. edidit pro τριχώσιος· ὑποθεὶς τὸ ῥάμμα κ. τ. ἑ. Firmare vult hanc mutationem Aretaei loco, quem citat. Fateor primum emendationem plane arbitrariam nec necessariam mihi videri; tum ne satis quidem intelligo quid iste imperativus ὑποκείσθω hic significare debeat, cum hac coniectura consentire non possum.

Contra plane consentio de interpretatione imperativi κατάδει in sequentibus, nam omnino ad deligationem spectat non ad fila sola, quae colligarentur, quemadmodum olim putavi.

§ 62. Nunc καὶ τὰς αἱμορροΐδας τὸν αὐτὸν τρόπον, διώσας τῇ βελόνῃ ὡς παχύτατον εἰρίου οἰσυπηροῦ ῥάμμα καὶ ὡς μέγιστον, ἀποδήσεις· κ. τ. ἑ. dedit. Libri διώσεις et ἀποδήσας, cod. vetus ἀποδήσεις. Adnotat ad διώσας: διωθοῦμεν τὸ ῥάμμα διὰ τῆς αἱμορροΐδος, οὐ τῷ ῥάμματι τὴν αἱμορροΐδα; et ad ἀποδήσεις adscribit: ἐνταῦθα δ' αὖ τὸ ἀνάπαλιν οὐ τὸ ῥάμμα ἀποδέομεν, ἀλλὰ τῷ ῥάμματι ἀποδέομεν τὴν αἱμορροΐδα. Spectat adnotatio illa

partim ad textum, quem ego exhibui: *καὶ τὰς αἱμορροΐδας τὸν αὐτὸν τρόπον διώσεις τῇ βελόνῃ, ὡς παχυτάτῳ εἰρίου οἰσυπηροῦ ῥάμματι καὶ ὡς μεγίστῳ ἀποδήσας· κ. τ. ἑ.* Cum ita locum scribebam, non iungebam *διώσεις τῷ ῥάμματι*, sed *ῥάμματι ἀποδήσας*, quod ipsa consecutio verborum satis manifestum reddit. Credebam auctorem primum filo illo crasso circumdare et deligare tumorem baemorrboïdalem, postea demum *διωθέειν* eum *τῇ βελόνῃ*; ita ut constringeret tumorem antequam eum perforaret, ut *ἀσφαλεστέρη γίγνηται ἡ θεραπείη*, i. e. ne haemorrbagia orta periculum adferat. Omnibus tamen iterum diligenter perpensis cum Reinholdo plane consentio.

In seqq. *οὕτω γὰρ ἂν ἔχοι ἄριστα τὸ σῶμα* servat *τὸ σῶμα*, quod abieceram et *τὸ ποτὸν πινέτω* cum cod. vetere legit, ubi mibi *τὸ ποτόν* non recipiendum olim est visum.

§ 63. In bac formula post *διείς* cod. vetus *ἤ* fert, R. *εἶτα* de suo dedit, soribens *εἶτα σιτανίου πλύματι ἀλεύρου ἐψήσας*. Profecto magis perspicuam reddit sententiam additum *εἶτα*, utrum auctor dederit nec ne nescio.

§ 65. *λιπαρῷ πεφυρημένη* codicis veteris dubito num praestet prae *λιπαρῶς πεφ.* — Dein recepit e multis libris *ἀναξηράνας* pro simplici *ξηρήνας* codicis veteris. Tandem *ὑγραίνων ὡς ἐνάλειπτον ὑπάλειφε τοὺς ὀφθαλμούς· ὁκόταν δ' αὖθις ξηρὸν γένηται, τρίψας λεῖον ξηρῷ παράπασσε τοὺς κάνθους*, quod exhibet, significat sane quod auctor in mente babebat, de verbis eius ipsis reperiundis fere despero.

§ 67. Haec formula nondum recte descripta videtur, neque in ceteris, neque in Reinholdi editionibus. R. paulo meliorem ordinem verborum exhibuit, sed reiecit *ὁκόταν δύο μέρεα ληφθῇ* vulgatae, pro quo *ὅτ' ἂν δυσὶν ἡμέραις πεφθῇ* alii. Credo autem alterutrum omnino scriptum fuisse, glossam saltem in bis latere, quae ad *περκαζούσης* spectaverit, parum probabile est. Vide num forte haec scriptura loci placeat: *Πρὸς τὰς περιωδυνίας· χαλκίτιδος δραχμήν, σμύρναν καὶ κρόκον τρίψας, σταφυλῆς περκαζούσης δύο μέρεα ἐκπιέσας καὶ ξυμμίξας τὸ γλεῦκος ἕψησον ἐν τῷ ἡλίῳ καί, ὁκόταν δυσὶν ἡμέραις πεφθῇ, ὑπάλειφε τοὺς περιωδυνέοντας· ἔστω δὲ ἐν χαλκῷ ἀγγείῳ.*

De capitulis 69—72. baec dicam: illa § 69. Reinholdi nunc etiam mihi esse videtur pars formulae, quae § 72. continetur, quemadmodum ipse eam partem eo retuli. Certum contra est mihi, Reinholdum recte verba *κοιλίην ἐκκοπροῖ* principium fecisse formulae § 71. apud illum descriptae. De *ταῦτα* eiiciendo capitulo mihi 68. facile me habet consentientem. De ceteris, quae tentavit R., nihil affirmo. Incertum *λεπίδος ὅσον μήλης αἴρεται τῷ πλατεῖ*; incertum, quin parum probabile, *ἀλήτου σητανίου κόλλῃ κολλήσας*. Sed baec olim taedium pepererunt et nunc pariunt.

VI.

Ad Reinholdi editionem Aphorismorum.

I.

2. Pro vulgato *καθαίρωνται* e Magn. marg. recepit *καθαίρηται*. Puto optionem esse liberam, sed *καθαίρωνται* ad personas, *καθαίρηται* ad materies excretas referri mihi videtur. Facitne Aph. 24. huius sectionis fidem lectioni *καθαίρωνται*?

In fine loci *ἢ οὐ* retinuit, ubi *ἢ μὴ* de meo dederam. Ipse idem aliis locis nonnullis quoque feci, ubi ille nihil mutavit. Fortasse *ἢ οὐ* servari potest, sed nondum plane certum me esse profiteor.

3. De interpolationibus, quas inesse olim existimavi, sententiam nondum mutavi.

4. Nondum me poenitet rationis, quam in loco hoc describendo tenui.

5. Quod *μᾶλλον σφαλεραί* scripsit, ubi *σφαλερώτεραι* dederam pro positivo vulgatae, non displicet.

7. Minuta sane res, quod *οὖν* non recepit; mihi tamen potius e vulgata excidisse quam in libris, qui particulam habent, a recentiore manu additum esse videtur.

9. *οὐκ* retinuit, ubi *μή* dederam. Vide ad Aph. 2.

10. In hoc Aph. *καὶ αἱ τῶν παροξυσμῶν πρὸς ἀλλήλας ἐπιδόσιες* recepit, ubi vulgo *ἀνταποδόσιες*, aliis codd. *ἀντεπιδόσιες* ferentibus. Galenus *ἀνταποδόσιες* in comm. exponit *ἀναλογίας*. Quod Littr. dicit *ἐπιδόσιες* legi Ep. II. I., locus eiusmodi est, ut huc nihil faciat; me iudice. Sed si *ἐπιδόσιες* scribas, quaero, quid sibi velit *πρὸς ἀλλήλας*? Tum quaerere pergo, num probabile sit *ἐπιδόσιες* in *ἀνταποδόσιες* abiisse, an vero contra accidisse? Equidem *ἀνταποδόσιες* in *ἀντεπιδόσιες* et dein in *ἐπιδόσιες* abiisse opinor; solum autem *ἀνταποδόσιες* veram lectionem referre credo.

15. In iis, quae eieci, *πλεῖόν ἐστι* dedit pro vulgato *πλεῖστον ἔχει*. Sed neque sic scripta haec cum superioribus congruunt; putidum referunt scioli additamentum.

16, 17. Ego hos aphorismos, saltem alterum, minime intelligo in Littréi et Reinholdi editione. Feceram, quod potui, necdum meliora mihi in promptu sunt.

19. Ex *ἐν τῇσι περιόδοισι* effecit de coniectura *ἐν τακτῇσι περιόδοισι*; equidem *τῇσι* abieceram. Speciosa quidem est Reinholdi coniectura, sed de periodis ordinatis et non ordinatis nihil reperi in his aphorismis, *τὸ ἄτακτον* a periodorum notione alienum, quare *τακτὴ περίοδος* s. *τακταὶ περίοδοι* num dixerint illi antiqui valde dubium mihi. In fine loci servavit *πρὸ τῶν κρισίων*. Ego si iterum locum ederem, fortasse item servarem, etiamsi minus probem; cf. adnn.

21. *ἡ φύσις* recepit e nonnullis mss. et Gal.; non displicet.

22. *τὰ δὲ πολλά* pro *τὰ δὲ πλεῖστα* recepit e lib. de Humorr. et mss nonnullis. Non adversor.

23. *ἀλλ' ὅσα ἂν χωρέῃ, εἰ οἷα δεῖ καὶ φέρει εὐφόρως* de suo dedit. Emendatio est plausu digna.

II.

6. οὐκ servavit, ubi cum plurimis mss. μή dandum mihi erat visum, quod nunc etiam praetulerim.

7. Ex ὀλίγως effecit ἀλέως, ubi ego ταχέως scripseram. Non adversor, sed si credat ἀλέως in ὀλίγως abiisse, dissentio. Librarius alienum vocabulum dedit, e quo de pristino nihil discimus.

8. In vulgato textu huius loci omnino recentior forma est orationis. R. eam ad simpliciorem et probabiliter antiquiorem redegit. Sed nunc ego etiam τοῦτο γίγνεται eiicere malim, quippe quod ad recentiorem illam et prolixiorem orationis formam non minus referendum quam σημαίνει ὅτι et χρὴ εἰδέναι vulgatae.

9. Quod ὅκου ἂν τις βούληται pro ὅκου τις βούλεται recepit, recte factum videtur.

10. Equidem τρέφῃς, quae paucorum librorum lectio est, non praefero prae θρέψῃς.

12. ὑποστροφώδεα fortasse antiquior scriptura quam ὑποστροφὰς ποιέειν εἴωθε. Non dissentio.

15. Scripsit ἐκθύει pro ἐκφύεται de suo. Vid. praef. ad vol. II. editionis nostrae p. I. Rectius γίγνονται quam γίγνωνται dedisse R. opinor et tamen hoc non vitiosum videtur.

17. De iis, quae interpolata ratus sustuli, nondum sententiam mutavi.

22. Vide num legendum sit ἀτὰρ καὶ τῶν ἄλλων ἡ ὑπεναντίωσις.

24. Recte sane τῆς δευτέρης legi potest pro τῆς ἑτέρης, nec tamen hoc incongruum; ego nihil mutaverim.

27. ἐγχρονίζειν codicis C. omnino praestat prae simplici χρονίζειν ceterorum.

33. μὴ ἐπιδόντες pro καὶ μηδὲν ἐπιδιδόντες recepit; malim μηδὲν ἐπιδόντες.

40. καὶ βῆχες non recepit.

45. καὶ τῶν χορίων num praestet prae καὶ τῶν ὡρέων καὶ τῶν τόπων, quod multi libri ferunt, dubium. Nunc τῶν χωρέων dedit R.; non displicet, quippe ita ortus vocis ὡρέων fortasse explicatur.

48. Malim τὸ διαναπαύειν εὐθύς, ἄκοπον.

49. καὶ ἰσχυρῶν τε καὶ νέων sane ferri potest.

50. De ἀξυνήθεα sententiam non mutavi, quam olim protuli.

51. Quod καὶ γὰρ πᾶν τὸ πολὺ scripsit laudo. Neque displicet καὶ ἄλλως καί. Num tamen opus sit altero καί de coniectura addito, dubito.

54. De ἀηδές in ἀειδές mutando non aliter sentio quam olim.

III.

2, 3. Locum explevit, sed quod καὶ δὲ πρὸς ὥρας scripsit, saltem καὶ πρὸς ὥρας δὲ καὶ κ. τ. ἑ. scribendum erat, vel καὶ δὴ πρὸς κ. τ. ἑ.

4. E lectione ποιέῃ effecit ἐπίῃ, quod num in illa scriptura lateat, dubito, vide adn. ad librum de humoribus p. 628 mihi; quin ἐπιέναι num h. l. congruat, dubium mihi.

8. Ex ἤ effecit ἤνικα in iis, quae mihi expellenda videbantur. Me iudice hoc modo glossa incrustatur, quam sustulisse me nondum poenitet.

11. τῶν ἀνδρῶν cum paucis mss. omisit. Facile sane eo carebit locus.

12. βροτοῖσι non apte addi videtur; cf. adn. nostram. Quare hoc loco βροτοῖσι recipit, in superiore τῶν ἀνδρῶν reiicit?

14. Vulgo ἔσονται, pauca mss. ἔπονται, R. de suo ἐπιγίγνονται, quod aptius quam ἔσονται h. l. poni videtur.

16. ἐπίληπτοι καὶ ἀπόπληκτοι nunc etiam parum placet, malim ἀποπληκτικὰ καὶ ἐπιληπτικά; vid. Aph. 20. II.; φθινάδες ferri potest forsitan, at Aph. 13. φθίσιες legitur.

17. πονέουσι servari posse nunc video, non mutare debueram in ποιέουσι. Sed eius ἔν τε δὲ τοῖσι ὀφθαλμοῖσι non concoquo; illud τε δέ mihi οὐκ εὔφωνον!

21. καὶ τεταρταῖοι non recepit; non adversor, licet olim recipiendum putarem; res incerta videtur.

25. Quod ἤδη recepit, non male factum est.

26. Certum est στραγγουρίαι si recipiatur, aptissime post λιθιάσιες inferri, sed non credo dandum esse. Vid. adn. nostra; quin non constat τὰς στραγγουρίας aetati, de qua sermo est, magis esse familiares quam provectiori. Nempe extra λιθίασιν eas pueris familiares esse prae ceteris non video, cum autem λιθιάσεις dicit, intelligit calculos cum symptomatis his propriis, ita ut hoc nomine στραγγουρίαι sit supervacaneum.

27. Nescio quo modo, licet in textu editionis omiserim καὶ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσι post πρεσβυτέροισι, in Latinis reliqui, nec de omissis monui in adn. Consulto tamen factum est; nempe incongruum illud esse nunc etiam opinor, quia Aph. 29. τοῖσι νεηνίσκοισι babet in progressu aetatum, quas recenset. Mihi illa vocabula ex Aph. 28. huc devenisse videntur.

28. Calami lapsu πρὸ τοῦ ἡβάσκειν pro περὶ τὸ ἡβάσκειν ipse scripsi.

30. Quare μελαγχολίαι, quod mss. nonnulla suo tempore tulisse testatur Gal., asterisco notet, non capio. Ab aetate, de qua agitur, non est alienum.

31. Quod pro καχεξίαι, ξυσμοὶ τοῦ σώματος ὅλου scribit ξυσμοί, τοῦ σώματος ὅλου καχεξίαι ex A′ L′, non displicet quod attinet ad vocabulorum consecutionem; ego tamen interpunxerim: ξυσμοὶ τοῦ σώματος ὅλου, καχεξίαι.

IV.

1. De loco non aliter sentio quam olim. Quod R. ἧσσον δὲ πάρα ταύτας scribit, non facit ut haec non interpolata esse credam; non aptiora redduntur παρά in πάρα mutando: illud ἣν ὀργᾷ additamentum totum ineptum reddit.

2. τοιαῦτα — ὁκοῖα recepit.

6. τοὺς καὶ εὐημέας dedit pro καὶ εὐημέας.

9. τῷ αὐτῷ λογισμῷ τἀναντία sine προστιθείς dedit, verum ista sive προστιθείς demas, sive relinquas, emblema sunt.

10. ἐν τοῖσι τοιούτοισι ante κακόν retinuit.

13, 14, 15. In horum Apborismorum recensione liberius egisse R. opinor. Statim quaero quid sibi velit initio 13ⁱ πρὸς τοὺς δι' ἐλλεβόρου? Monitum Aphorismi 14ⁱ insiticium esse putat, quia ἄγειν duplici significatu in eodem loco usurparetur, si Galeni interpretationem

teneas. Imo vero in scriptura nostra ἄγειν uno significatu legitur, non duobus. Quae reieci δηλοῖ δὲ ἡ ναυτιλίη adnotatio sunt, non totus hic aph. emblema esse videtur. Me iudice ratio Reinholdi arbitraria, neque apta. Id, quod retinuit, δηλοῖ δὲ — ταράσσει adnotatio recentior est. Si scripturam R. sequi velis, puto saltem locos ita esse dandos:

13. Τοῖσι δι' ἐλλεβόρου μὴ ῥηϊδίως ἄνω καθαιρομένοισι πρὸ τῆς πόσιος προϋγραίνειν τὰ σώματα πλέονι τροφῇ καὶ ἀναπαύσι.

14, 15. Ἐπὴν πίῃ τις ἐλλέβορον, ἢν μὲν βούλῃ μᾶλλον ἄγειν, κίνει τὸ σῶμα· ἢν δὲ παύεσθαι βούλῃ, ὕπνον ποίει καὶ μὴ κίνει.

21. Quod R. ὁκόσῳ ἂν πλείω χρώματα ᾖ καὶ οὐ πονηρόν in fine huius loci reiicit, recte fecisse mihi videtur. Apte puto voce ἄμεινον sententiam concluseris.

22, 23. Hos aphorismos ita descriptos dedit R.:

22. Νοσημάτων ὀξέων ἀρχομένων ἢν χολὴ μέλαινα ἄνω ἢ κάτω ὑπέλθῃ, θανάσιμον.

23. Ὁκόσοισι ἐκ νοσημάτων πολυχρονίων λελεπτυσμένοισι χολὴ μέλαινα ὁκοῖον αἷμα μέλαν ἂν ὑπέλθῃ, τῇ ὑστεραίῃ ἀποθνήσκουσι.

Dixi olim de ἄνω ἢ κάτω ὑπέλθῃ, quod tunc ferendum putavi. Non nego me nunc ἄνω ἢ potius deletum cupere. In altero loco delere vellem ὁκοῖον αἷμα μέλαν, quemadmodum olim abieci. Ceterum ad utriusque aphorismi intelligentiam multum profecisse opinor Reinholdum.

25. ἢν ᾖ μέλανα τὰ ὑποχ. de coniectura pro iis, quae resecui. Equidem emblema ita incrustari puto, quod abiicere oportet.

28. Post χολωδέων in altero membro nunc etiam διαχωρημάτων addendum videtur; antithesis et parallelismus inter utrumque membrum id requirunt.

31. Quod αἱ ante ἀποστάσιες e nonnullis mss. recepit, mihi arridet.

32. Huius loci Reinholdi scriptura melior quam vulgata et ceterorum.

33. ἀτὰρ καὶ ἢν recte.

35. ἐξαίφνης ἀποστραφῇ scripsit; equidem ἐξαίφνης sine causa idonea eum addere opinor; num ἀποστραφῇ prae ἐπιστραφῇ praestet, dubito; non dedit R. VII. 59. De οἰδήματος μὴ ἐόντος eodem modo, quo olim, sentio; reiiciendum videtur.

40. καί post μεταβολαί abiici malim, sicuti olim abegi.

41. De ἄνευ τινὸς αἰτίης φανερῆς nunc etiam sentio quemadmodum olim in adn. de iis scripsi. Quod pro τὸ σῶμα dedit τροφὴν λαμβάνοντι non displicet.

45. ἐγγίγνονται recepit pro simplici verbo ante οὗτοι. Consentio.

46. ἐπεμπίπτῃ pro ἐπιπίπτῃ ἐν scribit. Non adversor.

47. στᾶσαι pro ἐπιστᾶσαι dedit; ego compositum praefero. Retinuit ἢν δέ τι, ubi ego ἢν γάρ τι scripseram; fortasse fieri potest. De iis, quae resecanda sum arbitratus, nondum alio modo sentio.

49. ἢ ὀφρύς non recepit, fortasse praestat id omittere. Tum ἢ ἢν μὴ βλέπῃ ἢ μὴ ἀκούῃ dedit, quod sane fieri potest.

50. ὅκου δ' ἂν τῳ ἐν π. effecit e Galeni lectione, uti videtur. Nihil obstat.

52. οἱ ὀφθαλμοί recepit e paucioribus mss.; ego abesse malim: κατὰ προαίρεσιν ad oculos miro modo referri mihi videtur.

64. Hunc aph. omisit.

66. Utroque loco *οἱ* omisit, quo facile caremus.

67. Nunc quoque *οἱ* omittit.

68. Item *τό* omisit.

69. *ταχέα* retinuit; tum *ἐκ τούτου* scripsit, pro quo tamen *ἐκ τούτων* malim. De *τὰ τοιαῦτα ἔρχεται* non adversor.

70. *δέ* omittit.

72. *πονηρόν* dedit; nihil obstat, sed minus placet *ἢν — ἐπιφαίνηται*, si Coacam in adn. laudatam respiciam.

74. De interpolatis non alio modo quam olim sentio. Illud *οἷον ἐν τοῖσι κοπιώδεσι πυρετοῖσι τεταρταίοισι ἄρχεται γίγνεσθαι* post *γενόμενον* delendum est.

75. *ἢ πῦον* dedit; *καὶ πῦον* praefero: solus sanguis emissus non indicat certo *ἕλκωσιν*.

77. Nunc etiam *ἐν* otiosum mihi videtur.

78. *ἀπὸ πόνου τῶν νεφρῶν φλεβίου ῥῆξις ξυνέβη* mihi arbitrarium videtur; *ἀπὸ πόνου* non credo auctorem loci voluisse.

V.

8. *τούτοισιν ἐς ἐμπύημα μεθίσταται* dedit; nihil obstat sane.

10. Cum scriptura Reinholdi consentio, modo asterisci tollantur; consentio autem potius propter Coacam in adn. laudatam quam propter Celsi locum.

11. *τὸ πτύσμα* retinuit; fieri posse non nego, sed dubito num ab auctoris manu sit.

13. *ἐμέουσι* dedit; vid. adn. nostram.

16. *πλεονάκις χρεομένῳ* non displicet, sed malim post *χρεομένῳ* quam post antecedens *ταῦτα* distinguere. De *ταῦτα ἐς θάνατον* non aliter sentio quam olim.

20. De mihi omittendis visis non alio modo quam olim sentio.

21. In fine *θέρμη δὲ τετάνων ῥύεται* scripsit, quod non displicet.

22. *ὅκου ἐκπυητικόν* non facit ut sanus sensus ex iis, quae suppressi, oriatur; — *τὰ δὲ ἐν κεφ. καὶ καρηβαρίη* nunc etiam offendit. Quod ad *ἑλκώμασι* attinet, non adversor.

23. Mihi *ὡδί* non valde placet; ad prima, quae sequuntur, referri apte sane potest, sed non ad sequentia omnia, quare ego omitti malim. Caput rei sunt casus, in quibus calidum prosit, non modus quo administretur.

24. De uncinis intersepiendis non dissentio ab iis, quae olim visa sunt.

25. Dissentio ab R. vide adn. nostram.

27. *πάνυ διψῶσι* nunc etiam aegre fero.

28. Quomodo eiusmodi scholion ferre possit R., non capio, vid. adnn. nostras.

29. *ἧσσον δέ* emblema esse nunc etiam mihi videtur; cf. adn. ad Aph. 1. IV.

31. *ἢν — ᾖ* praestare puto prae *εἰ — εἴη*, quod dedi.

34. *ῥυῇ λάβῃ* per me licet.

42. *ἢν* bis pro *εἰ*, non male!

49. *ὑστέρων ἐκπτώσιος* si velis, per me licet!

55. Quod ἄτερ pro ἄνευ recepit, non displicet. Dedit autem lectionem illam θερμαίνονται pro ἰσχναίνονται. Fateor, utrumlibet horum legam, locum mihi obscurum esse.

56. ἣν ἐπιγένηται non recepit; facile abesse poterit.

57. καὶ δὲ μὴ γιγνομένων sane mirum sonat. Ceterum nondum meliora mihi in promptu sunt quam quae olim dedi, nec Reinboldi textum probare possum.

59. Praefert κάτω prae κάτωθεν; non adversor. De οἱ pro σοι nonnihil dubito: sentietne aegrotans odorem ἐς τὸ στόμα adscendentem? Non sane potius mulier quam medicus!

62. Fortasse vulgata lectio, quam R. dedit, servari potest.

63. πρὸς τὸ στόμιον παραπέμπον τὸ σπέρμα Reinboldus. Dissentio: auctor statuit πνεῦμα, quod seminis eiaculationem adiuvet vel faciat, per cutem dissipari. Nihil muto; Galeni auctoritas non est omnia!

64. μὴ λίην πολλῷ πυρέσσουσι ego non dederim.

65. ὅτοισι . . . ὅτοισι recte scribere videtur; — τέτανοι, quod reiiciendum olim putavi, nunc quoque otiosum videtur emblema.

66. πονηρῶν mihi non praeferendum videtur prae ἰσχυρῶν; cf. adn. nostra.

69. De loco non alio modo quam olim sentio.

70. Membrum οἷ δὲ ἁλίσκονται, ἣν ἐπιγένηται τεταρταῖος, παύονται mibi ita apte a R. descriptum videtur.

VI.

1. ἐπιγενομένη e multis mss. recepit, πρόσθεν μὴ γενομένης scribi quidem potest, sed quare genitivus de coniectura datus requiratur, non video.

2. Equidem locum legerim, mutata interpunctione, in qua erravi cum eum edebam: Οἷσι ῥῖνες ὑγρότεραι φύσι καὶ ἡ γονὴ ὑγροτέρη ὑγιαίνουσι, νοσηρότερον· οἷσι δὲ τἀναντία, ὑγιεινότερον.

3. Ex αἱ effecit οἷσιν; per me licet!

5. Cum καὶ ἐν στήθεσι facile consentio, sed num recte ὥρας in διαφορὰς mutet, dubito, maxime si reputem locum ex Ep. VI. in adn. citatum. Me iudice aphorismus nondum est expeditus.

8. τὰ μετὰ ἀλγημάτων οἰδήματα effecit e scriptura, de qua dixi in adn.; vel sic locum premunt difficultates, de quibus dixi in adnotatione.

10. περιωδυνέοντι solum dederam; ille πονέοντι καὶ περιωδ. servat. Si conferam Coacam l. de hac lectione dubitare pergo.

11. Pro νεφριτικοῖσι e libro de crisibus dedit φρενιτικοῖσι. Vid. quae adnotavi p. 317. vol. III.

12. Omisit τῷ et pro φυλαχθῇ recepit καταλειφθῇ; non adversor.

14. Eum ex τοῦ efficere αὐτομάτου satis est arbitrarium. Certum iudico isto αὐτομάτου non opus esse; id sponte intelligi dixerim; quin eo minus probabile auctorem id dedisse, quia non legitur Coaca 461.

23. τὸ τοιοῦτον in fine loci servavit.

25. *μὲν καταχεόμενον* tuto sane cum R. omiseris.

29. *ἐκλελοίπῃ* pro *ἐκλίπῃ* dedit e mss. nonnullis. Praestare credo quod edidit.

34. *φαλακριέουσι* ceteraque, quae alio modo scripsit, non displicent.

37. *ἐν τῷ βρόγχῳ* nunc etiam emblema esse mihi videtur.

43. *γενομένης* rectius R. quam *ἐπιγενομένης*; consentio.

45. *ἕλκεα* nondum concoquo; *ἐφ' ἕλκεσι*, vel einsmodi quid, dandum esse nunc etiam opinor.

47. *προσιόντος τοῦ ἦρος* latere in tradita lectione non credo.

52. Locum insiticium esse nuno etiam opinor.

53. *γιγνόμεναι* per me licet.

55. *καὶ τὰ μανικά* recepit. Cf. adn. nostram.

56. *ἐς* ante *ἀπόπληξιν* aegre desidero.

59, 60. Ita aphorismos rectissime descripsisse mihi videtur Reinholdus. Hi loci iam in tuto sunt!

VII.

2. *διανοσήσαντι* de suo dedit, ubi *νοσέοντι* et *νοσήσαντι* codd. — Ego nihil mutaverim de coniectura.

6. *χρονίῃ* dedit; per me licet!

8. Aptius sibi subsequuntur *ἕμετος κ. τ. ἑ.* eo, quo R. descripsit, ordine.

10. De vocabulis, quae suppressi, non aliter nunc quam olim sentio.

17, 18. Singulis locis *κακόν* omisit, quod num recte fiat, dubito. Cf. adnn. nostras.

24. *κακόν* adiecit.

25. *ἢν κενεὸν λάβῃ* huc retulit e sup. Aph.; cf. adnn. nostras. Mihi non placet vel propter hoc quod *κενεόν* tali modo de aegrotante usurpari non memini; exspectaverim saltem *κεκενωμένον*. Mihi illud *ἢν κενεὸν λάβῃ* insiticium videtur.

27. *γυναικὶ* om.; per me licet.

30. E lectione *ταῦτα* effecit *ταύτῃ*; num hoc in illo lateat, nescio!

35. *νεφριτικὰ σημαίνει καὶ ὀξέαν τὴν νοῦσον ἔσεσθαι* dedit. Itaque codicum lectione illa recepta *νοῦσον* pro *ἀρρωστίην* dedit; per me licet.

36. *γίγνωνται* maluit quam *γένωνται*; recte sane *περὶ τοὺς ἔσω τόπους* prae *πρὸς τοὺς ἑ. τ.* praetulit.

37. Quod *ὀλέθριον κάρτα* pro *κακόν* e mss. nonnullis dedit, recte factum videtur.

40. *ἐξαίφνης ἡ γλῶσσα* soripsit et *τὸ τοιοῦτον* in fine aphorismi servavit.

41. Lectionem *ὑπερκαθαιρομένῳ*, *πρεσβυτέρῳ* iure praetulit. De suo *ἐπιγίγνηται* pro *ἐπιγένηται* scribit.

44. *ἢ τέμνονται* recepit; forsitan recte!

45. Quod ad *ἢ τέμνονται* hic quoque receptum attinet, non adversor; sed adnotationem de pure *ἐν χιτῶνι* nunc etiam reiecerim.

46. De hoc loco vid. adn. nostra.

51. Ego γάρ prae οὖν tali loco non praetulerim.

53. τούτοισιν ἦρος ἀφαιρέειν dedit, quod sane fieri potest.

54. Non arridet Reinholdi loci scriptura; saltem ᾗ οὐκ ἔχει requiro in tali lectione. Tum τρεπομένου malim.

56. Quid dativi illi huc faciant, haud capio.

59b. Illud οἰδήματος μὴ ἐόντος reiecerim, uti olim dixi:

60. Quod δεῖ omittit, per me licet.

62. πλεῖον ὑγρὸν ἔχειν σημαίνει sine altero accusativo non magnopere arridet; malim saltem πλεῖον ὑγρὸν ἔχειν τὸ σῶμα σημαίνει, vel simile quid. Ceterum χρὴ omittit.

63. γίγνωνται facile fero; διαλείπωσι vero aoristo non praestare videtur.

66. Scripsit οἵην ἂν ὑγιαίνοντι διδῴη, sed ne vel sic apte descriptus locus mihi videtur. Cf. quae olim adnotavi.

67. ἀπὸ τῆς κύστιος servavit; tum post δεῖ intulit τά τε ὑποχωρέοντα; pro ὑποχωρέει simplex χωρέει posuit; ταῦτα ante ἥκιστα inseruit. Equidem nunc etiam τὰ ἀπὸ τῆς κύστιος διαχωρέοντα suspicionem vitii movere puto. Fortasse τὰ ἀπὸ τῆς κοιλίης διαχωρέοντα ὁρᾶν δεῖ κ. τ. λ. scriptum fuit, quod substitui possit in lectione loci, quam proposui in adnn. p. 456. vol. I., verbis τὰ δὲ διαχωρέοντα ὁρᾶν δεῖ.

68. Saltem καὶ οἷσι ἐν τοῖσι διαχωρήμασι, ἢν ἐάσῃς κ. τ. ἑ. dandum. Vulgata lectio defendi nullo modo potest.

69. Locus nunc etiam corruptus mihi videtur.

70. Pro ἐπιστᾶσαι μέν solum στᾶσαι dedit, nec tamen otiosum est μέν. De postremis non alio modo sentio quam olim; additamentum alienum referunt.

71. Prae καθαίρειν praefert καθαίρεσθαι; — secus sentio. Quod βούλῃ post ἄνω e vulgata retinuit, non displicet.

72. γιγνόμενα prae aoristo praefert.

73. Quare ineptum καὶ πυρετὸς ἔχῃ servaverit, non capio.

74. ἢ ὀφρύς omisit; tum ἢν μὴ βλέπῃ ἢ μὴ ἀκούῃ ἤδη ἀσθενὴς ἐών scripsit; denique τούτων τῶν σημείων servavit, quae omnia probanda. Fortasse tamen totum illud ὅ τι ἂν ᾖ τούτων τῶν σημείων recens emblema est.

79, 80. Summatim placet Reinholdi huius loci lectio, minus autem placet φθορή, pro quo φθόη nunc etiam malim. In mea loci lectione sane dandum ἐπὶ αἵματος ἐμέτῳ πύου κάθαρσις. ἄνω καὶ φθόη κ. τ. ἑ. Sed operae pretium est de illa fluxione ex capite monere: nimirum quid illud ῥεῦμα ἐκ τῆς κεφαλῆς, quod diarrhoea excipiat? Ortum est ex iis, de quibus sermo est Aph. 11. et 12. sect. V., in verbis αἱ τρίχες ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥέουσι; itaque ἐπὶ φθόῃ ῥύσις τῶν τριχῶν ἐκ τῆς κεφαλῆς dandum fuisset, quod tamen si scriberes, non librarios, sed ineptum loci nostri descriptorem correxeris! De fluxione ex capite apud phthisicos, quos sane unusquisque medicus multos observat, minime constat.

81. καὶ ἐν τοῖσι κατὰ τὴν κοιλίην καὶ ἐν τοῖσι κατὰ τὰς σάρκας servavit; cf. adn. nostram. Locus mihi insiticius videtur.

82. Ὁκόσοισι ὑπὲρ τὰ μ' ἔτεα φρενιτικὰ γίγνεται, οὗτοι οὐ πάνυ σώζονται dedit; non adversor.

85. Quod μή ante ἐν τοῖσι κρ. ἠμ. intulit, laudo; ἡ κρουνοί item arridet.

87. Mihi nunc etiam in monitu universali μή prae οὐ praestare videtur.

VII.

Ad Reinholdi editionem libri de officina medici.

§ 1. p. 207. vs. 7. γιγνωσκόμενα servavit; equidem nunc etiam γιγνώσκομεν legerim. Ceterum R. verba ἃ καὶ ἰδεῖν καὶ θιγεῖν καὶ ἀκοῦσαι ἔστι et seqq. ἃ καὶ τῇ ὄψι — αἰσθέσθαι et postrema ἃ, οἷς — γνῶναι asterisco notat, ita ut omnia suspecta illi esse videantur. Ego solum prima illa et postrema uncinis intersepseram. Et de omnibus abiiciendis non consentio, sed facile intelligo aliquem dubitare posse, num prima et postrema, an vero intermedia, quae ego servanda putavi, resecanda sint.

§ 2. p. 207. vs. 10. ὅκου, ὅκως· ὁκόσα, οἷσιν, ὅκως· ὁκότε dedit.

Ceterum asterisco notat verba ὁ ἀσθενέων — ὁ τόπος. Quid ipse de hoc capitulo sentiam in adn. significavi. In talibus sane ἡ κρίσις χαλεπή!

§ 3. p. 207. vs. penult. De meo τοῦ datum non recepit; ego locum ita explendum putavi, sed facile fero dissentientem.

p. 208. vs. 4. οὕτω δέ omittit; facile autem his voculis locus carebit, licet omnes ferant, vel οὑτωσὶ δέ habeant.

Iam vero singulas periodos a verbis inde ὧν ἑκατέρου p. 207. vs. antepenult. usque ad πρὸς ἑωυτὸν δέ p. 208. vs. 9. asteriscis notat. Creditne ista omnia esse commentarium in antecedentia? Ego certa rei eiusmodi indicia non reperio.

p. 208. vs. 13. Vulgatum ἀγκῶσι servavit pro altera lectione, quam ipse cum Littréo recipiendam putavi, a qua ratione nondum alienus sum.

p. 208. vs. 15. Quae uncis intersepsi reiecit R., quem consentientem me habere gaudeo.

Ibid. vs. 26. πρόσω βαλλόμενον de coniectura dat pro προσβαλλ., προβαλλ. textus traditi. Non video προσβ. constare non posse.

Ibid. vs. antepenult. Dedit ἑστεῶτα δὲ δεῖ, μὴ ἐπ' ἀμφοτέρων βεβαότα ἐξ ἴσου τῶν ποδῶν ἅλις, quod non intelligo; nondum meliora didici quam olim dedi.

p. 209. vs. 2. Servavit vulgatum γούνατι. Res fere eodem h. l. se habet modo, quo in ἀγκῶσι p. 208. vs. 13. supra.

§ 4. p. 209. vs. 13. Iungit ἐς χρῆσιν ἀσκέειν; cf. comm. Galeni.

Ibid. vs. penult. (— ἤ, ἐν τροφῇ —) scribit; vult autem significare ἐκ γενεῆς et ἐν τροφῇ esse duas lectiones diversas, si recte eius mentem capiam.

p. 210. vs. 1. Vulgatum ἑκατέρῃσι retinuit.

§ 6. p. 210. vs. 13. δοκῇ vulgatae retinuit pro δοθῇ. Mihi illud prae hoc non praestare videtur.

vs. 15. Video iam καὶ ἐφεστεῶτες esse lapsum calami in mea editione pro τοῦ ἐφεστεῶτος.

§ 8. p. 211. vs. 7. Pro ἐρηρεῖσθαι κάρτα, s. potius pro ἐρηρεῖσθαι, nam in vulgata κάρτα abest, dedit ἐσκίμφθαι et proponit etiam ἐσκηρίφθαι. Horum tamen nullum vestigium in tradita scriptura, quin e Galeni comm. potius efficias auctorem θλίβειν dedisse; in libro de fractis et articulis πιέζειν in tali re frequens, sed etiam ἐρείδειν, ἐρείδομαι ibi legimus. Fateor me causam idoneam cur ἐρηρεῖσθαι κάρτα repudiemus, non videre.

vs. 14. ἐκεῖσε, ὅκου ἐς [κ]ενεὸν κείσεται edidit ex Galeni comm., sed locus desperatus est.

§ 9. p. 211. vs. ult. γνόντα i. e. antiquam lectionem retinuit, quod omnino vel propter Galeni commentarium additum fieri debuit.

p. 212. vs. 1. ἀπόξεα dedit.

p. 213. vs. 1. ὁκόσοισι δὲ μὴ εὐκαταλήπτως τοῖσι ὀθονίοισι, μηδὲ εὐαναλήπτως ἔχοι scripsit, qui ordo vocabulorum melius habet quam vulgatus; est autem consecutio verborum textus Galenici.

§ 10. p. 213. vs. 7. ἐκατέρησι dedit.

vs. 8. ἐς τὰ πλάτη καὶ τὰ πάχη τῶν ὀθονίων τεκμάρσι χρέεσθαι de coniectura Reinholdus; mihi minime arridet haec ratio; τεκμαιρόμενον non tangendum videtur.

vs. 10. μή ante σκληραί non habet; neque vero ferre potest textus libri Galenicus, si comm. respicias. Sed iste comm. satis docet, nisi μή addatur, locum non intelligi.

§ 11. p. 213. vs. 15. Locum ὑπόδεσις — τἀναντία asterisco notat. Videturne illi nothus?

p. 214. vs. 7. δέ omisit e Galeni textus voculis ἦρχθαι δὲ ἐκ τοῦ ὑγιέος; item post τελευτᾶν vs. 8.

vs. 10. δέ non habet, neque fert Galeni textus.

vs. 14. Recte cum aliis et Gal. οὐ μεταλλ., ubi μή dare non debueram.

vs. 15. νεῦρα, ὀστέα servavit; nondum me poenitet scripsisse τὰ δ' ὀστέα. Sed de ὁμαλῶς pro ὁμοίως plane consentio.

Iam vero R. asterisco notat ἐπιδεῖν vs. 10. hac p. 214., itemque ἢ μάλιστα vs. 16. Fateor me iam dubium magis magisque reddi, quid velit. Item notat asterisco locum vs. 17. et seq. ἀναλελάφθαι — τἀναντία.

vs. 19. ὧν δ' ἂν ἐκπεπτ. cum vulg. Galeni textu.

vs. ult. δέ omissum est cum textu Gal.

§ 12. p. 215. vs. 13. Asteriscis notat vocabula οἷσι, μῆκος, πλάτος. Non satis capio, quid velit.

vs. 18. ἡ ἐκ τοῦ σ., tum δέ om.

vs. 19. τὰ κατὰ — κατὰ λόγον asterisco notat.

p. 216. vs. 4. μῆκος δὲ — πλάτος vs. seq. asterisco notatur.

vs. 7. μαλθακὰ δέ, μὴ παχέα asterisco notatum, itemque seqq. usque ad παθόντος vs. 9.

vs. 14. οἷον τὰ κατὰ κ. τ. ἑ. recepto articulo e mss. multis. Apte addi videtur.

vs. ult. κηρωτὴ — καθαρή omittit, quod quare fecerit, mihi non constat, quum Gal. in comm. ex ipsius Reinholdi recensione eorum mentionem faciat.

§ 13. p. 217. vs. 5. τῇ καταχύσι dedit sine in vulgata praecedente ἐν.

vs. 7. De iis, quae h. l. reiicienda mibi visa sunt, vid. adn. — R. totum extremum huius capituli a verbis *μέτρον δέ* inde asterisco notat.

§ 14. p. 217. vs. 10. *μήτε ἀποκλᾶται* cum Littréo recipere me non debuisse, multis licet libris ferentibus, nunc video.

vs. 13. *καὶ τἄλλα ὁκόσα ὡς βλάπτει δῆλα* non infeliciter emendat.

§ 16. p. 218. vs. 14. *ἔνθα* non recepit; ego de coniectura dederam. Mihi nunc etiam *ἔνθα* s. *ὅκου τὰ μέγιστα* legendum videtur.

vs. 15. *καὶ μᾶλλον ὅκου ἀμφ.* scribit, ex *καὶ ὁμαλά*, uti opinor, vulgatae. Felix emendatio mihi videtur.

vs. 17. *οὐ βλάβη* equidem scripsi propter locum e lib. de artic. p. 7. vs. 32. seqq. R. sane, si textum Galenicum dare voluit, *οὐ* recipere non debuit, sed quin auctor scripserit, non dubito.

p. 218. vs. 18. *ἐγχειρέειν αὐτῇ κατὰ σμικρόν* dedit de suo pro *ἔχειν ἀνάντη σμικρόν*. Illa mutatio, ad quam pro lubitu etiam commentarii Galenici in hunc locum partem postremam accommodavit R., me iudice prorsus reiicienda et altera lectio servanda est. Nempe illud *ἔχειν ἀνάντη σμικρόν* plane congruit cum iis, quae leguntur lib. de artic. p. 8. vs. 3. mihi, *οὕτως ἐπιδεῖν κ. τ. ἑ.*

Ceterum verba *μᾶλλον δὲ — σμικρόν* asterisco notat R.

§ 19. p. 219. vs. 19. Post *ἡ θέσις* om. *ἡ ἐπίδεσις*, scholion esse opinatus. Dissentio: primum non video cuius nominis *ἡ ἐπίδεσις* sit scholion, aut h. l. esse possit. Tum vero ipse Gal. in comm. de deligatione loquitur.

§ 22. p. 220. vs. 4. *ὅκως ἐξαρύηται ἐκ τοῦ τρώματος* habet, in quibus *ὅκως* de suo addidit et pro *ἐξαρύεται* coniunctivum dedit. Non recepit *αἷμα*, quod plerique codd. ferunt, ante *ἐκ τοῦ τρ.* —, sed vs. 5. *τὸ πλεῖστον* servavit, quod mihi probandum videtur; *αἷμα — πλεῖστον* recentior videtur et parum probabilis lectio.

vs. 7. *τιθέμενον τὴν ἀρχήν* recte iunxit, et vs. seq. *καὶ ταύτῃ μάλιστα* dedit, cf. adn. nostram.

vs. 11. Pro *ἐπιδέσι πιέξι* praebuit *τὴν ἐπίδεσιν ποιέεσθαι*; ego nihil de his affirmare audeo. Tum om. *ἀτὰρ καὶ ταῦτα πλήθεϊ μᾶλλον ἢ ἰσχύϊ*, quae infert vs. 14. post *ὑγιέα*, quo facto pergit: *πίεζε ἥσσονι ἄνευ ναρθήκων κ. τ. ἑ.* — Neque de his quidquam certi pronuntiare ausim!

§ 23. p. 220. vs. penult. *ταῦτα* omisit; in cod. C. *κατὰ ταῦτα* legitur, unde *κατὰ ταὐτά* elicueris, ut referatur ad finem capituli antecedentis.

§ 24. p. 221. vs. 3. *τὰ ξυντακέντα, πλησθέντα ἢ ἐμίνυθεν* praebuit de coniectura, quam ipse arbitrariam esse fatetur. Tum vs. 6. *ποιήσηται* scripsit. Fateor locum vel cum audaciore Reinholdi correctione mihi obscurum esse; ne sic quidem ad veram scripturam restituendam profecimus!

vs. 7. Quod pro *οἷον κνήμης*, quod eximere volui, *οἷον κνήμῃ* scribit, arridet. Nec displicet quod scribit: *καὶ τὸν μηρόν, μηρῷ δὲ καὶ τὸ ἕτερον σκέλος, τὸ ὑγιὲς, ξυνεπίδειν.*

Quodsi tamen hanc viam ingredi lubeat, malim: *Βέλτιον δὲ καὶ τὰ ἄνωθεν οἷον κνήμῃ καὶ τὸν μηρόν, μηρῷ δὲ καὶ τὸν ἕτερον μηρὸν καὶ τὸ σκέλος τὸ ὑγιὲς ξυνεπιδεῖν, ὡς*

ὁμοιότερον ἢ καὶ ὁμοίως ἐλινύῃ καὶ ὁμοίως τῆς τροφῆς ἀποκλείηται καὶ δέχηται. Nimirum quod in postremis R. κατὰ ἐνδέχεται legit, potius locum corrumpit quam sanat; vulgata recte se habet eo loco. Quin fortasse praestat summatim ab eiusmodi locis, quales hi sunt, manus abstinere; illo certe, quem iam post R. iterum tractavi, nondum omnes scrupuli mihi exempti sunt!

vs. 11. δέ om. Ceterum ad verba ὀθονίων — πιέξι, iterumque ad ἀνίεντα — ναρθήκων asteriscum adponit.

§ 25. p. 221. vs. 17. τὰ δέ hinc transtulit ad vs. penult. ante βηχῶν.

vs. antepenult. Pro ἐρεισμάτων dedit ἐρείσιος.

vs. ult. Οἵας οὖν pro οἷα τά scripsit.

p. 222. vs. 3. πεπιέχθω pro πιέζει praebuit.

vs. 6. Post ἐνσείειν quae sequuntur ad hunc modum effert: ἧσσόν τε ἢ ὥστε τὰς διαστάσιας τῶν ἁρμονιῶν ψαύειν τὰ ἔσχατα ἀλλήλων· μηδ' ἀμφὶ παρμοῖσι καὶ βηξὶ μᾶλλον ἢ ὥστε ἀποστήριγμα εἶναι ἀρκέον, ὡς μήτε διαναγκάζηται, μήτε ἐνσείηται.

De his omnibus dicere non lubet; sunt pleraque satis laudabilia, si ad hunc modum locum reficere velis; unum ἧσσόν τε ἢ ὥστε τὰς διαστάσιας τῶν ἁρμονιῶν ψαύειν τὰ ἔσχατα ἀλλήλων sine dubio ferri nequit; primo saltem κατὰ τὰς διαστάσιας legendum est in tali scriptura; sed insuper ἧσσόν τε contra auctoris sententiam poni mihi videtur: μὴ μᾶλλον ἢ non valet idem, quod ἧσσον ἢ!

VIII.

Ad Reinholdi editionem librorum Epid. I. et III.

p. 159. vs. 7. Ubi vulgo ὡς τὸ πουλύ, recte e cod. vet. ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ dedit.

p. 160. vs. 1. ἡμορράγησε aoristo melius quam ἡμορράγεε.

vs. 13. βῆχες ξηραί, οὐδὲν ἀνάγουσαι servat, ubi οὐδὲν ἀναγ. deleveram, quum non aliud quid quam ξηραί denotet. Non dissentio nunc, redundantia eiusmodi in Hipp. subinde occurrit!

vs. 14. Quod post βραγχώδεες non distinguit, minus recte factum videtur.

vs. 5. Servavit codd. lectionem ἐβεβαίωσε, ubi de meo ἐβεβαιώθη dederam, quod nunc etiam faciendum videtur; transitivum βεβαιόω incongruum est h. l.

vs. 12. ξύν pro ἐν dedit, quia Gal. in comm. καὶ μετὰ πυρετῶν. Eiusmodi auctoritate ego nihil mutaverim.

p. 162. vs. 2. Legit τὴν μὲν μίαν, utrumque μέν et μίαν recipiens, quod fieri sane potest.

vs. 12. ἔβησσον δὲ πυκνὰ, σμικρὰ πέπονα κ. τ. ἑ. dedit pro σμικρὰ, πυκνά. Recte me iudice!

p. 163. vs. 9. Periodum τὸ μὲν οὖν — τριταιοφυέα τρόπον vs. 14. collocavit inter

νοσέειν. et Ἐκ vs. 24. Et quin illa transferenda sit in alium locum, certo quidem mihi constat; sed dubito num in veram sedem transferat R., dubito etiam de mutationibus, quas in periodi illius textum intulit. Equidem transferre vellem in locum, quem indicavi p. XLIX. prolegomenorum, i. e. p. 162. vs. 21. post θάνατον. Repetitio, de qua in prolegomenis dixi, in ἀνακεφαλαιώσει eiusmodi, ferri posse videtur. Quod autem pro τὸ μὲν οὖν ὅλον ὑπενόσεον οἱ Φθινώδεες οὐ τὸν Φθινώδεα τρόπον scribit: τὸ μὲν οὖν ὅλον ἠπίως ἐνόσεον· οἱ δὲ Φθινώδεες τὸν Φθινώδεα τρόπον, arbitrarium, nec necessarium esse existimo; ego nihil moverim. Neque probare possum quod dein exbibet post τρόπον: scilicet πυρετοῖσι Φρικώδεσι ἄλλοτε ἀλλοίως παροξυνομένοισι πεπλανημένως, σμικρὰ ἐΦιδροῦντες. Ego neque in his quidquam corrigendum esse opinor; neque enim credo verba τὸ μὲν ὅλον οὐκ ἐκλείποντες παροξυνόμενοι δὲ τριταιοΦυέα τρόπον ex initio cap. 7. p. 166. huc devenisse. Pertinent omnino ad morbi nunc descripti rationem!

p. 164. vs. 22. Non dedit ἐν βορείοισι aute πολλά. Quare?

vs. antepenult. Omisit πολλοῖσι ante δυσκόλως.

p. 165. vs. 1. Vulgo δυσεντεριώδεες καὶ τεινεσμοὶ καὶ λειεντεριώδεες. — R. scripsit λειεντεριώδεες καὶ δυσεντ. καὶ τειν. — Similis tamen consecutio infra p. 169. vs. 1., ubi eam non tangit R. — Minutum, quod λειεντεριώδεα et δυσεντεριώδεα nunc etiam malim, sed phaenomenorum consecutionem mutatam nolim: ἐπὶ δυσεντερίῃ λειεντερίῃ Aph. 77. VII.

vs. 5. ὑδατώδεες post χολώδεες servavit; de omisso a me vid. adn.

vs. 7. Pro ἀλλὰ τούτοισι ἀντ' ἄλλων ἄλλα de suo dedit: τούτοισιν, ἀλλ' ἀντ' ἄλλων. Equidem affirmare non audeo in vulgata vitium inesse.

vs. 11. ξύν de suo pro ἐν scripsit.

vs. 12. Dedit ἐνίοισί τε ἐπεΦαίνετο πάντα τὰ ὑπογεγραμμένα μετὰ πόνου. Ἤδη δὲ Φθινοπώρου Φθινώδεες κ. τ. ἑ. In loci lectione varietas est; sed quaero num probabile sit auctorem nunc dicere ἐνίοισι πάντα τὰ ὑπογεγρ. μετὰ πόνου, cum iam supra dixit: πολλοῖσι δὲ καὶ περίρροιαι μετὰ πόνου κ. τ. ἑ. et quum summatim supra enumeret symptomata, quae ἄνευ πόνου profecto esse nequeunt.

p. 166. vs. 6. διαλειπούσῃσι cum Gal. legit, quod prae aoristo praestare opinor.

vs. 12. Quod ἔκρινον cum cod. vet. et ὑπέστρεψε pro ὑπέστρεψαν legit, non displicet.

vs. 24. ἐξ ἀρχῆς καὶ ἀπύροισιν· ἔστι δ' οἶσι καὶ ἐπὶ πυρετοῖσιν ἐγίγνοντο σπασμοί partim de coniectura scribit. Nempe ἀπύροισι pro vulgato ἐπύρεσσον, ubi Aldus egregie ἐπεπύρεσσον et duo codd. ὑπεπύρεσσον, adeo ut in ἐπύρεσσον sane potius ἐπεπύρεσσον quam ἀπύροισι lateat; ceterum ἔστι δ' οἶσι apte inferri, haud ego negabo; num addito de coniectura opus sit, alind quid est, quod quaeri possit.

p. 167. vs. 11. ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἄλλων πυρετῶν μείζω post τούτοισι reiecit emblema esse opinatus. Puto non sine causa ista suspecta illi esse, et tamen statim sequitur ἱδρῶτες πολλοί, τούτοισι δὲ ἐλάχιστοι, quod dubium me facit, num recte reiiciat.

vs. 13. Pro ὑπεναντίον de coniectura scribit παντοίας; mihi nihil vitiosi in vulgata apparet.

vs. 16. οὐδὲ τὸ ξύνολον in οὐ δὴ τὸ ξύνολον mutavit, ubi cum Littréo et Corn. οὐδέ reieceram. Obsequitur Galeno, qui tamen vulgatam vidit. Ego nunc etiam potius cum illis οὐδέ abiecerim.

vs. 23. καὶ κακά non recepit; eo duce nunc ipse item reiecerim.

p. 168. vs. 6. ὑπέστρεψεν dedit; non adversor.

vs. 11. ἐξέλειπεν dedit cum cod. vet.; malim ἐξέλιπε.

p. 169. vs. 1. ῥοώδεες servavit, ubi ῥοώδεα dederam.

vs. 17. πρώτων servavit, ubi de meo πρῶτον dederam. Recte, ut opinor.

vs. 19. ἓν Gal. μοῦνον vulgo. R. vulg. sequitur; ego utrumque receperam.

vs. 24. ἐν τοῖσι πλείστοισι servavit post καί; ego cum vet. cod. et Littréo omiseram, et vero propter seq. μάλιστα otiosum mihi videtur.

p. 170. vs. 1. καὶ εἰ τύχοιεν ex A. dedit.

vs. 9. ἐνόσεον δὲ ἀκινδύνως omisit. Cf. adn. nostram.

p. 172. vs. 11. καὶ διετέλεον πρόσω τοῦ θέρεος καὶ μέχρι ἰσημερίης sensu non multum diverso a Littréi et mea lectione; sed illud πρόσω τοῦ θέρεος nusquam in Epidd. legere me memini, διὰ τοῦ θέρεος omnino; et vero codicum traditio favet Littrei scripturae.

p. 173. vs. 22. καί τισι τῶν scripsit, omisso altero καί post τισι cum uno ms. non e praestantibus.

vs. antepenult. καί ante μάλιστα cum vulg. omittit; equidem e Gal. receperam, nec nunc omittere velim.

p. 174. vs. 14. Τελεβόλου θυγατήρ recte servavit. Τελεβούλου ἡ θ. deterius est.

vs. 20. Δαϊθάρσεος Ionice cum cod. vet.; recte!

p. 175. vs. 7. ἄλλων servavit, ubi ἄλλως dandum videtur. Cf. adn.

vs. 14. Ξενοφανέος * scribit asterisco nomen notans. Putatne aliquid deesse?

p. 176. vs. 18. ἔτι dedit pro ἐπὶ τούτοισι. Cf. adn. nostram. Tum οὖρα τούτοισι κ. τ. ἑ. scripsit.

vs. 19. * καὶ κοιλίαι habet.

vs. 23. τοῖσι δὲ φρενιτικοῖσι ἔστιν οἷσιν οὐ ξυνέπιπτε τὰ ὑποχ. πάντα κ. τ. ἑ. scripsit ἔστι de suo supplens. Videtur mihi rem recte nobis restituisse. Consentio.

p. 177. vs. 10. ὑψόφωνοι non recepit; dubito num recte reiiciatur; cf. adnn.

p. 178. vs. antepenult. ἤ retinuit, ubi εἰ de meo dederam, quod nunc etiam requiri opinor. Tum οἷον scribit asterisco notans.

vs. penult. καί om.

p. 179. vs. 2. καὶ διέλιπε — ἑπτακαιδεκαταίοισι. vs. 5. In his vulgatam retinuit, ita ut καὶ διέλιπεν ἡμέρας πέντε in διαλιπὸν ἡμέρας πέντε mutaret.

vs. 6. ἑκταίοισι· διέλειπεν ἐξ dedit.

vs. 10. οἷσι δὲ, διαλεῖπον τρεῖς, ἔκρινεν ἑβδόμῃ· οἷσι δὲ ἔκρινε πεμπταίοισι· κ. τ. ἑ.

vs. 12. οἷσι δὲ, οἷσιν ἔκρινεν, quale quid Hippocratem scripsisse non mihi persuadet.

vs. 13. διαλεῖπον.

vs. penult. Δαϊπάρσεος scripsit. Tum rursus οἷσι δὲ, οἷσιν ἔκρινεν, quod vel propter cacophoniam displicet.

p. 180. vs. 5. κατὰ λόγον γενόμεναι αἱ ὑποστρ. dedit; non adversor.

Ceterum de numeris dierum nihil affirmo, neque in Reinholdi, neque in mea, et aliorum lectione. Haec res tam est lubrica, ut quo te vertas paene nescias.

vs. 17. R.: *τὸ Ἡρακλεῖον* addito articulo. Recte!

vs. 18. Rursus *οἷσι δὲ οἷσι*! Item vs. 22.

vs. 21. *παρὰ Διονύσου ἱερόν* R.

p. 181. vs. 8. *εἰκοσταίοισι* pro *εἰκοστῇ*. Item vs. seq. *τεσσαρακοσταίοισι*. Neutrum displicet.

vs. 13. *Ἐπερρίγουν* pro *ἐρρίγουν* R.

Epid. III.

p. 214. vs. 8. *καὶ ἔθνησκον πολλοὶ ἐφ' ἑκάστοισι τούτων.*

Ξυνέπιπτε δὲ πολλοῖσι μὲν τὸ ἐρυσ. edidit. Nec facile aliquem dubitare posse opinor de hac emendatione; plane consentio!

vs. 11. *ἐπί* ante *πάνυ* om.

vs. 13. *μάλιστα δὲ περὶ κεφαλήν· πολλοῖσι δὲ, μάλιστα δὲ τοῖσι περὶ ἑξήκοντα ἔτεα καὶ ἐν θεραπείῃ ἐοῦσι, εἰ καὶ σμικρὸν ἀμεληθείη, μεγάλαι φλεγμοναὶ ἐγίγνοντο κ. τ. ἑ.* edidit. Offendit me *πολλοῖσι δὲ, μάλιστα δέ*; puto autem legi posse: *μάλιστα δὲ τοῖσι περὶ ἑξήκοντα ἔτεα περὶ κεφαλήν· πολλοῖσι δὲ καὶ ἐν θεραπείῃ ἐοῦσι, εἰ καὶ σμικρὸν ἀμεληθείη, μεγάλαι φλεγμοναὶ ἐγίγνοντο κ. τ. ἑ.*

p. 215. vs. 9. *τούτων δὲ ἀπώλλυντο πολλοί* R.; ego *δέ* non fero; si quam eiusmodi particulam darem, *δή* scriberem, sed praestat omittere.

vs. 10. *εἴ πῃ* recepit pro *ὅπῃ*; et vero *εἴ πῃ* omnino longe praestat, nam *ὅπῃ* eo nexu verborum ne constare quidem potest.

vs. *καί* ante *ἀσήμως*, quod e Gal. dederam, omisit; neque vero addere oportet; recte repudiavit.

p. 216. vs. 12. *ἦν . . . ἡ κατάστασις . . . ὧδε* legit cum vulgata, quod ipse item feci. Vide tamen num praestet pro *ὧδε* lectionem *ἥδε* recipere.

p. 217. vs. 4. *ἐπεφαίνετο* recepit pro *ἐγένετο*.

vs. 23. *ἃς σῦκα ἐπονόμ.* dedit, idque intulit ante *πολλῶν* vs. antecedenti.

p. 218. vs. 2. *καὶ πᾶσι ὅσα ὅσοι* vulgatae praestat fortasse) *πρὸ ἥβης* om. Nempe quum vulgata *παισί* ferat pro *πᾶσι*, credit *παισὶν ὅσοι πρὸ ἥβης* esse glossema nominis *παιδίοισι*. — Ego haec verba servanda arbitror et de glossemate illi viso dissentio.

vs. 7. *καὶ ἐν πυρετοῖσι· οἷσι δὲ καὶ ἀνειλήσιες κακοήθεες· θαμέες, πολλῶν μενόντων τε καὶ ἐπισχόντων, διέξοδοι κ. τ. ἑ.* praebet R. Mihi ista innovatio primum non necessaria videtur esse; illud *μετὰ πόνων στρόφοι* glossema esse ad *ἀνειλήσιες* mihi non persuadet; *μετὰ πόνων στρόφοι καὶ ἀνειλήσιες* omnino est redundantiae illius orationis, quam saepius in Hipp. observamus: alterum nomen *στρόφοι* ad intestinorum conditionem spasmo adstrictorum potius spectat, alterum potius ad materiem iu intestinis contentam, quae *ἀνειλεῖται*. — Tum vero *θαμέες* apud Hipp. nusquam occurrit; nec constat quare *ἐνόντων* in *μενόντων* sit mutandum. Ego horum nihil probare possum!

p. 218. vs. 21. οἷς ἐγὼ δὴ πώποτε ἐνέτυχον reiicit, emblema esse opinatus. Mihi haec verba recte descripta auctori tribuenda videntur, qui non alienus est ab eiusmodi formulis; saepius occurrit ἃ καὶ ἐγὼ εἶδον.

vs. 24. μάλιστα οὗτοι, οἳ ἐκ τούτων καὶ οἳ ἐκ τῶν ἄλλων δὲ, καὶ ὀλεθρίως ἔχοιεν dedit, quae oratio non facilis. Non video hanc scripturam prae aliorum lectione praestare.

p. 219. vs. 5. οὔτε γὰρ πάχος εἶχεν, οὔτε πετασμοὺς, οὐδὲ κάθαρσις χρηστὴ ἦν· ἐσήμαινε κ. τ. ἑ. Haec scriptura loci omnino placet.

p. 220. vs. 9. οἱ πολλοί pro οἱ πλεῖστοι, cf. adn. nostram.

p. 221. vs. 17. Periodum Δοκέει — ὠφέλησε repudiavit; num re vera sit insiticia, an non sit, non facile demonstraveris.

Aegrotantes.

p. 184. vs. ult. ἐς om. —; mihi non satis constat quare reiiciat, nisi forte propter alios huius historiae locos.

p. 185. vs. 8. Vide num νύκτα εὐφορώτερος dandum sit.

vs. 25. Nunc etiam πόνων potius quam πότων scripserim.

vs. 26. ἀκαιροτέρων elicit e nonnullorum mss. lectione ἀκαίρων ἑτέρων. Consentio.

p. 187. vs. 9. παράληρος recepit. Cf. adn.

vs. antepenult. ἐς νύκτα de suo dedit, ubi vulgo solum νύκτα; recte, ut opinor. Tum recepit ἑπτακαιδεκάτῃ; non adversor.

p. 188. vs. 4. μετὰ τὸν τόκον servavit.

vs. 24. Locum ad hunc modum edidit: παχὺ, λευκὸν, ἴκελον ὀνείῳ· κείμενον πουλὺν χρόνον οὐ καθίστατο· τοιαῦτα κ. τ. ἑ. — Ego quid de loco sentiam dixi in praefatione ad vol. III. p. I., necdum sententiam mutavi. Non credo verba χρῶμα — ὑποζυγίου ab aliena manu interposita esse.

p. 189. vs. 6. μετὰ τὸν τόκον recepit.

vs. 17. Vulgo δεκάτῃ σκέλεα ἐπιπόνως ἤλγει· καρδίης πάλιν ὀδύνη· Equidem loco subvenire studui ἤλγει supprimendo; R. δεκάτῃ ἐπιπόνως· ἤλγεε σκέλεα· καρδ. κ. τ. ἑ. Puto hanc rationem prae mea praestare.

vs. antepenult. πάντα παρωξύνθη dedit, quod Lindano debere videtur. Consentio.

p. 190. vs. 14. ἔλαβέ τε καὶ κοιλίη efficit e vulgato ἐλάβετο κοιλίη, ubi tamen ἔλαβε Gal., quod recepi. Mihi illud τε καί h. l. ab auctore non scriptum fuisse certo persuasum est.

Verum de alia re videndum: periodum vs. 9. incipientem αὕτη — παρέμενε vs. 12. reiecit, affirmat autem ductam esse e lib. Ep. III. aegr. 7. p. 208. vs. 5. mihi. Equidem consentio cum R.: periodus illa aliam scriptionem et in nonnullis meliorem exhibet eorum, quae notavit, et in quae partem horum transtulit. Pulchre hoc repertum est!

p. 192. vs. 4. ἡμορράγει recepit.

p. 192. vs. 13. Pro ἐς δὲ τὴν νύκτα de suo dedit νυκτός. Quum εἰς in temporis signi-

ficatione tam varia notione ponatur, non ausim mutare illa; non male *per noctem* redditur ἐς νύκτα.

p. 193. vs. 17. recte scripsit ὑποχόνδριον ἐπῆρτο μετ' ὄγκου· ξύντασις οὐ λίην. Ita extremo aegro 8. δίψα διὰ τέλεος οὐ λίην.

vs. ult. εὔχροα δὲ, τὰ πολλὰ εἶχεν ἐναιώρημά τι ὑποδιεσπασμένον dedit. Non displicet scriptura; num certo iam loci lectionem antiquam restitutam habeamus, non satis scio; maxime dubito de τὰ πολλά.

p. 195. vs. 2. De hoc loco item dixi in praef. ad vol. III. p. I. Quare R. ἀνατεταραγμένα dederit pro θολερά, non capio; hoc saltem veram lectionem refert, non illud, quod paene ineptum, neque enim idem quod ταραχώδεα, nec positum vidi, nisi apud pseudo-Hippocratem aliquem.

vs. 5. νυκτός pro νύκτα de suo dedit; ego talia non tangere malo; accusativus non minus quam genitivus constare potest, saltem eiusmodi loco.

p. 196. vs. 4. De coniectura pro ἐς νύκτα dat νυκτός; factum nolim.

vs. 21. καί omittit, quod cum aliis adieceram de coniectura. Vix abesse posse videtur.

vs. 22. Dedit διὰ ταχέων δὲ γλῶσσα ἀσαφής· ἠφώνει; — quae lectio omnino placet.

vs. 23. παρελύθη recepit; cf. adn. nostra. Tum παραπληγικόν praetulit.

vs. penult. τετάρτῃ γλῶσσα σαφής· φωνὴ ἐλύθη· σπασμοὶ κ. τ. ἑ. Non video meliora.

p. 197. vs. 7. κατενόει· πάντων ἐκουφίσθη vulgo, unus cod. C. κατενόει πάντα ἐκουφίσθη, quod recepit R. Placet quidem illa lectio, sed videtur tamen correctionem referre librarii. Ep. III. aegro 2. ante st. pest. περὶ δὲ ια' ἐόντι πάντα ἔδοξε κουφισθῆναι; itaque quidni h. l. constare possit vulgata!

vs. 8. ἀριστερήν et vs. 10. ἀριστερόν retinuit. Cf. adnn. nostras.

vs. 18. Μηλίδι dedit.

---

p. 202. vs. 1. ἐμπύημα retinuit; cf. adn.

vs. 6. λαπαρῶς cum vulg. dedit.

vs. 18. Pro λεπτά vulgatae, — unus tantum cod. apud Foës. fert ὑπόλευκα, — ex hoc ipso dedit ὑπόλευκα. Et quin λευκά vel ὑπόλευκα dandum sit, nullus dubito; quin λευκά vellem, quia λεπτά libri fere omnes.

p. 203. vs. 15. Dedit ἐναιώρημα ἔχοντα γονοειδὲς καί τινα σμικρὰ, οἷον κρίμνα. Nunc etiam οἷον κρίμνα glossema esse mihi videtur; cf. adn. Nondum alio modo locum descriptum velim quam quo olim dedi; ἐναιώρημα γονοειδὲς κατὰ σμικρά idem quod ἐναιωρήματα στρογγύλα, γονοειδέα, διεσπασμένα. p. 185. mihi.

vs. antepenult. πελίη pro πελιδνή recepit.

p. 204. vs. 7. νυκτός cum Gal. legit.

vs. 21. αὐτίκα δὲ ἠδημόνει· οὖρον ἀνατεταραγμένον· νυκτὸς οὐκ ἐκοιμήθη παρέκρουσεν. Πεντεκαιδεκάτῃ πυρετὸς ὀξύς· πάντα κ. τ. ἑ. Ita R., qui ipse veretur ne audaciore therapeia usus sit; quod nemo sane negabit. Miror autem Reinholdum existimare θολερόν

esse glossema participii ἀνατεταραγμένον, quum potius hoc illius glossa sit, modo Hesychium inspiciamus. — Quod οὐ διενόει iure illi suspectum est, item concedimus. Certum est ὁκοῖον ἐκ τῶν καθεστηκότων γίγνεται ὅταν ἀναταραχθῇ eximendum esse. Probabile est πεντεκαιδεκάτῃ πυρετὸς ὀξὺς continuo inter se cohaerere, quod R. recte vidit. Iam proponam hanc loci scripturam: ὑπέστρεψε τεσσαρεσκαιδεκάτῃ· αὐτίκα δὲ νύκτα οὐκ ἐκοιμήθη, οὐδὲν ἐνόει (vel οὐδὲν κατενόει)· οὖρον θολερόν. Πεντεκαιδεκάτῃ πυρετὸς ὀξύς· πάντα παρέκρουσε κ. τ. ἑ.

p. 205. vs. 2. Melius λεπτά, ὀλίγα, quod R. dedit, quam ὀλίγα λεπτά, propter id quod sequitur.

vs. 12. οὐκ εἶχον pro καὶ εἶχον de suo dedit. Opus est hac emendatione.

vs. 21. κατεκλίθη hinc transtulit post παρωξύνθη vs. 23. — Plane consentio. Hoc facto delevit etiam τὸ πρῶτον vs. penult.; omnia recte fecit!

p. 207. vs. 18. ἄπυρος ἐκρίθη· οὐχ ἵδρωσε dedit aptiore verborum ordine. Consentio.

vs. 19. σμικρά non recepit, qua de re consentio; sed non opus est ἐκπυῆσαν de coniectura scribere; quidni τὸ δὲ περὶ ἕδρην ἐξεπύησε· ἐρράγη ἅμα κρίσι?

vs. 20. Recte μετὰ δὲ κρίσιν e superioribus vitiose repetitum abiecit. Tum ἐπερρίγωσε recepit ex K.: itaque scripsit Ὀγδοαίῃ δὲ ἐοῦσα ἐπερρίγωσε· οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον κ. τ. ἑ. Consentio.

p. 208. vs. 1. Διαλιποῦσα δὲ δύο δωδεκάτῃ dedit, δύο de suo inferens. Non adversor.

vs. 5. εὐθύς de suo ante ἀρχομένῃ intulit; quod non inepte fieri, concedo.

vs. 8. ῥεῦμα δριμὺ, δακνῶδες, ἁλμυρῶδες διὰ τέλεος παρέμενε dedit ex interpolatis illis p. 190. vs. 9. seqq., de quibus quid sentiam supra dixi.

vs. 9. ἔβησσε πυκνά· πέπον κ. τ. ἑ. scripsit, πυκνά de suo inferens. Fortasse periisse πυκνά in vulg. prave scripta non ego negaho.

vs. 16. * Κυναγχική. Ἡ παρὰ τὰ Ἀ. ᾤκει· πρῶτον ἀπὸ γλώσσης ἤρξατο ἀσαφείης· ἠφώνει· γλῶσσα κ. τ. ἑ. Mihi illud ἀπὸ γλώσσης ἤρξατο ἀσαφείης· ἠφώνει non plane arridet; sed locus tam incertae lectionis est, ut quid re vera scriptum olim fuerit, scire non sit facile! In Reinholdi lectione abiicere vellem illud ἀσαφείης.

p. 209. vs. 3. ἀπέθανε κυναγχική servavit; nempe κυναγχική initio historiae morbi asterisco notavit.

vs. 20. HI παρὰ T. κατέκειτο τὰ εἰλ. κ. τ. ἑ. exhibet.

vs. penult. τό om.

p. 210. vs. 1. πόνοι om., quo sane locus carere facile potest. Tum ὑπεθερμαίνετο praetulit; cf. adn. nostram.

vs. 4. ὠφελέειν οὔτι ἠδύνατο dedit. Per me licet.

p. 211. vs. 8. ὑποπέλια maluit.

vs. 11. ἢ κατέκειτο scribit.

---

p. 222. vs. 20. κατ' ἀρχάς reiecit.

vs. ult. ταραχώδης ἀκρήτοισι· οὖρα λεπτὰ κ. τ. ἑ. Nempe pro ἐν ἀρχῇσι ἀκρήτοισι

de suo dedit. Equidem ἐν ἀρχῇσι omittere quam ἀκρήτοισι illi substitnere velim; nam alterum ex altero natum esse haud credo.

p. 223. vs. 3. pro ἀλλ' οὐρά τε ὁμοῖα scripsit de suo τἄλλα οὐρά τε ὁμοῖα. Non est incongruum τἄλλα, sed potuit etiam aliquid perire post ἀλλ'.

vs. 8. περιέψυξε servavit. Factum nolim; cf. adnn.

p. 224. vs. 5. ἐν δὲ τῇ ἑκατοστῇ dedit; equidem ἐν a recentiore manu illatum esse opinor. Cf. adnn.

vs. 13. παρὰ τὸ ψυχρὸν ὕδωρ scripsit; cf. adnn.

vs. 15. καθάρσιος οὐ γενομένης cum Gal. dedit, vulgo μή. Credo οὐ dandum esse.

vs. 24. καί om.

vs. 25. Vulgatum περιέψυξε retinuit, quod constare non posse videtur; nunc etiam περιεψύχθη legerim.

p. 225. vs. 4. ὑπεκούφισε effecisse videtur e vulgato ἐπεκούφισε; num recte scribatur vix scio, quum in historia morbi huius signi non amplius fiat mentio.

vs. 5. πολλαί cum Gal. om.

vs. 11. οὔτε τις ἄλλη dedit; cf. adnn.

vs. 15. 16. articulum ante σιηγών et κοιλίη non adscripsit.

p. 226. vs. antepenult. νύκτα κακήν retinuit. Nunc etiam velim νύκτα κακῶς, quemadmodum passim νύκτα δυσφόρως legitur.

p. 227. vs. 12. δείλης ἀπέθανε de suo dedit. Fortasse recte!

p. 228. vs. 9. πουλύ· πουλὺς μέντοι ὁ π. ἐπετ. scripsit; quod fieri posse non nego.

p. 230. vs. ult. καί om.; cf. adnn.

p. 231. vs. 1. et 8. τήν omisit.

vs. penult. Post πάντα solum ῥᾳστώνη dedit, ubi vulgo ῥᾳστώνη δὲ ἦν, de quo emblemate sententiam non mutavi; cf. adnn. Solum ῥᾳστώνη dare, plane arbitrarium videtur.

p. 232. vs. 1. πυρετὸς πουλύς servavit; cf. adnn. Etiamsi p. 228. 9. πουλὺς ὁ πυρετὸς ἐπέτεινε feram, non ideo fero πυρετὸς πουλύς, quae dictio insolita in his morborum descriptionibus.

p. 233. vs. 5. ἄπυρος hinc transtulit in versum sequentem ante ἐκρίθη. Plane consentio.

vs. 6. δέ om.

vs. 16. διῄει in δὲ ᾔει dissecuit, quod sane fieri potest.

vs. 22. πρῶτον τότε dedit voculis transpositis.

p. 234. vs. 7. Φαγὼν δὲ ἀκαιροτέρως βόειον ἐθερμάνθη dedit, πιών supprimens. Plane consentio: καὶ πιών, vel καὶ πιὼν ἀκρητότερον non congruit.

p. 234. vs. 11. pro πάντων αἱ βλάβαι μεγάλαι dedit πάντα ἐβλάβη propter nominativum χρησάμενος vs. 9. Difficile demonstratu est anacoluthon in vulgata structuram non esse ab auctoris manu, equidem nihil de sede sua moverim.

vs. 20. ἀφ' ἧς κατεκλίθη, ῥιγώσας ἐπεθερμάνθη καὶ ἐξεμάνη. In hac vocum transpositione plane acquiesco.

p. 236. vs. 5. ἐρεθισμῷ abiiciendum existimavit, quum nihil excerni dicatur. Faciendum esse non certo mihi constat. Quare non cum irritatione nihil possit excerni?

p. 237. vs. 12. παρέκρουσε omittit, quo sane facile locus carebit! Attamen omnes codd. ferunt παρεκρούσθη, uno C. excepto; itaque forsitan παρέκρουσε, πολλὰ παρέλεγε scriptum fuit, ut opponeretur superiori παρέκρουσε ἀτρεμέως.

Ad Prorrheticum I.

1. Legam ἄλλως τε ἢν τεταρταίοισι ἢ ἀρχομένοισι. Particula ἢ abesse nequit. Quod R. in obelismo scribit „τεταρταίοισιν ἀρχομένοισιν = initio diei quarti. καὶ γὰρ ἐν Κω., τ. ἐοῦσιν ἢ ἀρχομένοισι = quarto morbi die aut initio quarti" mihi plane falsum videtur: sermo est de haemorrhagia vel statim principio morbi, vel die quarto, i. e. die iudicio non fausto, orta. Tum vero τεταρταίοισι ἀρχομένοισι quomodo interpretetur „initio diei quarti" non intelligo; dixissent πρωῒ τεταρταίοισι, vel ἅμα τῇ ἡμέρῃ, vel ἅμα τῇ ἕῳ.

4. τὰ . . . ἐφιδρῶντα retinuit R., nec fidem habere videtur iis, quae de eiusmodi neutris pluralibus in his sententiis dixi tum in adnn., tum in Prolegomenis p. xx. Equidem nunc etiam contendo nullum scriptorem Graecum protulisse orationem, qualem hoc praesagium, alia similia obferunt: talia librariis debentur, non auctoribus: vitia autem eiusmodi ante Galeni tempora irrepsisse item certum est.

5. ἀγαθόν in fine recipere noluit; nisi facias, saltem lacuna notanda. Infra ad Coac. 90. plura de hoc loco.

8. Ex obelismo Reinholdi paene efficias minorem auctoritatem habere apud illum προαπαυδησάντων, quia Gal. huius lectionis non meminit. Sed iam patet Galenum non vidisse in suis libris lectionem antiquam, Erotianum contra eam et vidisse et nobis servavisse.

9. In obelismo ad h. l. R. „Γαλ. ὅτι τὰ φρενιτικὰ πάθη τελευτᾶν εἴωθεν εἰς τρόμον σφοδρὸν, . . . οὐκουν moriuntur." Me iudice differunt inter se τελευτᾶν et τελευτᾶν εἰς. Si Galeni mentem loco nostro exprimere velis, scribendum τὰ φρενιτικὰ εἰς νεανικῶς τρομώδεα τελευτᾷ. Antiquos autem nudum τελευτᾶν de obitu aegri intellexisse patet e Coaca 97.; docet item verbi huius usus apud auctores horum praesagiorum, vid., Prorrh. 30. 91. 128. 131.; contra τελευτᾶν εἰς Prorrh. 50. 111.

10. Scite ex ἀγρυπνώδεα ταχύ efficit ἀγρύπνῳ διὰ ταχέος. Intelligit ἀγρύπνῳ (γενόμενα) διὰ ταχέος [αὐτὸν] ἐκμαίνει. Quod fieri posse videtur.

11. Quod pro vulgata lectione eam recipit, e qua τε καὶ κλείειν τὸ στόμα abest, intelligo; esse potest scholion. Sed quod pro ἰσχνῷ reponit ἢ συχνῷ mihi non est perspicuum; adnotat quidem „χρόνῳ δηλαδή," verum συχνῷ non nisi cum adiectivis iunctum novi, συχνῷ nude scriptum pro συχνῷ χρόνῳ me legere non memini.

17. ὄμματα natum esse ex ὄμμα τε mihi non persuadet.

19. καὶ αὐδῇ τρομώδεϊ dedit, ubi Littr. καὶ αὐδαὶ τρομώδεες proposuit. Mihi in tali corruptela, qualis totum locum obsidet, res incerta videtur.

22. In obelismo ad h. l.: Γαλ., inquit, 558. ἀραιὰ ὀδύνη . . . Nempe Galeni loci

lectionem opponere videtur iis, quae p. xx. Prolegg. conieci. Ego repono: vitia multa sunt in libris Hippocratis, quae Gal. vidit, sed non animadvertit. In eiusmodi quaestione nihil refert num Gal. id legerit, nec ne.

25. Videtur rursus emblema, quod notavi, defendere verbis commentarii Galenici. Dissentio.

32. Quodsi lectionem ἀκατάστατα τὰ ἐναιωρεύμενα deducit e verbis commentarii Galeni τῶν δὲ ἀκαταστάτων οὔρων ἐν (ἐν abesse malim) τοῖς ἐναιωρήμασι, non video Pergamenum ea non adscribere potuisse ad vulgatum textum Galenicum. Ceterum si finem hist. aegr. 2. Ep. III. respiciam, vix credo τά post ἀκατάστατα periisse. Certius mihi videtur, quod e Gal. comm. elicit, hunc κακὸν δὲ καὶ ἐπὶ ἰκτέρῳ μώρωσις legisse; nec dubium, quin in τοῖσι δὲ καί lateat τισὶ δὲ καί, quod nunc prae οἶμαι δέ praefero.

34. De emendatione ἀφασσώδεες pro ἀσαφέες ψηλαφώδεες, — in Coaca simili ἀσαφέες abest, — nihil affirmo; ἀφάσσειν sane exponitur ψηλαφᾶν, sed ψηλαφώδεες etiam Prorrh. 109. legitur, ἀφασσώδεες non legitur in his libris; in Coaca vero ἀσαφέες, quod Gal. explicat ad h. l., omitti potuit; neque enim incongruum est παράκρουσις ἀσαφής. Tum quaero: quare nunc Galeni comm. eum non prohibeat, quo minus ἀσαφής reiiciat?

36. οἱ post πόνοι addi sane potest.

53. Gal. me non movet, ut χολώδεσιν servem, minime si Coacam 602. conferam.

59. Non inepte profecto R. illud πονηρὸν δέ intulit ante καὶ τὸ μικρὰ ἐπιφ., sed locum totum non intelligo.

69. Pro codd. ἀναδρομῆς, ubi alii ἀναδρομή, scripsit ἀναδρομῇ sine πόνου addito, quod Coaca similis praebet. Ego credo potius Coacam veram loci lectionem referre.

72. Coniectura καὶ ἐξερυθρία pro ἐξέρυθρα mihi parum firma videtur.

73. Scripsit οἷσι καί. Non adversor.

81. Οἱ, quod huic praesagio fere praemittitur, in ἡ mutavit et recepit. Tum h. l., itemque aliis, ubi passivam formam dedi, servat ὑποπεριψύχουσι. Equidem intransitivum illud περιψύχειν eo minus concoquo, quum non paucis locis passivum occurrat, v. c. Prorrh. 7. 61. 126. καταψύχεσθαι 153. cum Coacis similibus, 164.

86. Neque hic Gal. faciet, ut πνιγώδης servem.

87. ὡς συσπῶντός τινος accipit „quasi quis guttur constringeret." Recte eum interpretari opinor.

92. καὶ κοιλίῃ δέ lenis sane mutatio, quum καὶ κοιλίη δέ legatur; malim tamen κατὰ κοιλίην δέ, quia hoc magis ex horum scriptorum usu est.

93. προσδιελθόντων et περιδιελθόντων nata mihi videntur e προδιελθόντων, non e πρόσθεν διελθ., neque ex πρὶν διελθ.

95. τραχήλου ὀδυνῶδες miro modo ceteris interponitur. In 137. cum neutris pluralibus illis melius quidem congruit, attamen quum bis ipsis in talibus omnem fidem denegem, vel propter Coacam 166., Reinholdi ratio mihi non arridet. Tum totum illud οἷσιν ἂν — ἥκειν abiiciendum videtur.

98. Parum certum esse arbitror illud ἡ δέ τι[να] in Reinholdi lectione et relegens Gal. comm. dubito, num vere inde deducas Pergamenum ὄγκῳ non legisse adeoque e textu reiiciendum esse. Ego apud Gal. p. 720. vs. 7. προσωφελοῦσι in προσωφελεῖ mutandum

esse opinor; sed totus locus mihi potius indicio est eum ὄγκῳ in textu suo vidisse quam abfuisse!

110. αὔτη scribere per me licet; sed locum non intelligo.

112. θρασεῖαί τε latere in lectione θρασύτατοι vel in θρασύτητι, non credo. Illae vero κάταψύξιες ἐοῦσαι et δοκέουσαι parvam mihi faciunt fidem!

114. καὶ τὸ ἱδρῶτι κουφίζεσθαι pro τῷ ἱδρ. κ. certa est emendatio.

115. κοιλίῃ ἀπολελαμμένῃ me iudice non praestat prae Coacae lectione, quin ne prae vulgata quidem.

117. Quo iure περίγλισχρα in πέλια γλίσχρα mutetur, adlato licet prognostici loco, non video. De ξηρώδεες nunc etiam dubito; video iam citari ex Etym. m. voce λάσιος. Verum ibi praecedente πυρῶδες admodum suspectum est et in ξηρόν mutandum videtur.

121. In vulgato ἠρά γε latere ἀτὰρ καὶ parum probabile.

123. ἐπιλειπόντων pro ἐπὶ πλέον pulchre repertum mihi videtur; placet item σπασμώδεες καὶ αὗται. Si πυρέξαι tangerem, malim in πυρέσσειν quam in πυρεξάσῃ mutare. Interpunctio postremorum apud R. haud facilem praebet structuram; malim in ea loci scriptura ἤρξαντο legere quam ἤρξατο. Ceterum quae uncis intersepsi, emendata licet, nunc etiam a recentiore manu addita videntur.

130. Loci huius constitutio mihi parum arridet et arbitraria esse videtur.

134. Mihi Coacae lectio nunc etiam vera loci scriptura esse videtur.

138. De Erotiani loco, quem tentat R. in obelismo, nihil affirmo. Quum ignoretur quorsum referendus sit, ego eum intactum sibi relinquere malo.

140. Rectissime πυκνῇ pro dativo praebet; et δὲ αἱμορραγέει eiicit. Consentio!

148. In Galeni comm. R. emendat εἰ γὰρ καὶ τοῖς τεσσαρεσκαιδεκαταίοισιν ὁμοίως ἄτοπον, credit autem illum legisse ἄλλως τε καὶ ἣν τεσσαρεσκαιδεκαταίοισιν ἐπίσταξις. Verum si hoc legerit, quomodo dicere potuit: τὸ μὲν ἐπίσταξις περιττόν· εἰ γὰρ κ. τ. ἑ.? Si demas ἐπίσταξις s. ἐπιστάξῃ, remanet ἑνδεκαταίοισι στάξιες δύσκολοι, ἄλλως τε καὶ ἢν τεσσαρεσκαιδεκαταίοισι. Quomodo igitur ἑνδεκαταίοισι accidere possunt στάξιες decimo quarto die? Ego non intelligo neque Galeni locum, neque Prorrhetici; itaque num recte pro δίς legatur ιδ', ignoro.

150. Num τὴν ῥύσιν addas, nec ne, non magnopere differt. Galenum dixerim tradere id quod ipse observavit, sed non ita, ut ea observatione sua locum illustrare velit. Cetera, quae proponit R. mihi incerta videntur. Ego nec Prorrh. 150. nec 151. alio modo nunc legerim quam olim.

156. Illud ἐν ἅπασι cum mss. Parr. omittere malim; cf. adnn.

164. Potest πνευματουμένοισι scribi sine ἐοῦσι, nec tamen praefero prae Coacae et librorum nonnullorum huius loci lectione.

Ad Praenotiones Coacas.

40. Tum h. l. tum 54. 87. 112. 113. περιψύχειν intransitivum esse epinatur. Iam in superieribus netavi ad Prerrh. 81. exempla passiverum a περιψύχειν, καταψύχειν, in his libris ebviorum, neque desunt in Ceacis, quae nen in Prerrh. leguntur, v. c. Ceaca 63. Plura cenquirere supersedee, sed vide quam certe iam antiquissime tempere vitium exstituerit, qued ege nen ferendum arbitrer. Cedices Ceaca 40. ferunt περιψύχοντα, — Prerrh. 126. simili περιψυχόμενα et Ceaca 342. item simili mss. περιψυχόμενα. Nonne manifeste censtat vitia antiqua esse illa intransitiva περιψύχειν, καταψύχειν? — Ἀποψύχειν intransitive sumitur, nen περιψύχειν.

150. δι' abesse mavult; cf. adn.

151. ἐπ' εἰλεοῖσι δυσώδεσι requirit; nunc etiam dubite, num a veteribus medicis hec scriptum fuerit; ferrem εἰλεώδεσι, δυσώδεσι, nen alterum.

352. κατόχως servare mavult; non amplius dissentie.

518. κενεαγγικῶς iure praeferre videtur.

581. φλαῦρον servare vult. Tales res sane minutae sunt, sed saepius recurrunt; ege nendum mihi persuadee eiusmedi neutra singularia, κακόν, ὀλέθριον, φλαῦρον non subinde librariis deberi; lece nestre φλαῦρα melius cengruit quam φλαῦρον; itaque eiusmedi mutatienum me nondum peenitet.

11. De neutris pluralibus nen amplius dicam.

26. Prepenit τὰ τριταιοφυέα ῥίγεα πυρετῷ ἀτάκτῳ, [οὐ] πάνυ κακοήθεα· τἀναντία δὲ, [τὰ] τὴν ἐν μέσῳ παροξυνόμενα ὀλέθρια. Nen displicet haec loci scriptura; dubitanter eam prepenit R., neque ege certum quid eam ebferre epiner, verum prebabilem esse.

45. Netat nunc plures sententias ubi κακόν in κακοί de mee mutavi et revecandam censet mss. lect. Itaque hec lece, — est autem instar ceterorum, — legit: κοπιώδεες, λυγγώδεες, κάτοχοι, κακόν. Mihi id mirum sonat, nec crede Graeeum aucterem id dedisse: Prorrh. 102. οἱ ἐξ ἀρχῆς ἐφιδρῶντες . . . ὀλέθριοι codicum est lectie, quam R. ipse etiam recipit. Nenne simili modo eiusmedi lecis κακοί scriptum fuerit? Me quidem eiusmodi mutatienum minime peenitet.

59. De ceniectura [σφυγμοὶ] οἱ πρὸς χεῖρα ἀναΐσσοντες, quam dubitanter prepenit, nihil affirmo; absenum nen est.

90. ἀγαθόν cum ced. A. emittendum censet, quia Prerrh. 5. Galenus huius lectienis nen meminit. Pestremum hec probat in Galeni mss. non scriptum fuisse, sed Galenum nen emnem varietatem lectienis antiquae cellegisse, nec celligere petuisse certum est. Itaque nunc etiam defende scripturam, quae mihi sela congrua videtur. Non petuit peni regula universalis, manifesta in phreniticis esse semnia.

123. De iis, quae prepenit, nihil affirmare ausim.

136. E lectiene cód. A. ἐξιδροῦσι puto illum deduxisse τῇ ἕκτῃ ἐφιδροῦσι, quod nen displicet; sed si ita legerim, simul ἔπειτα reiecerim.

258. ἐν τοῖσι τετηκόσι χρονίως verissima est emendatie ducta e Ceaca 634.

274. De *κοιλίη ταραχώδης, ναρκώδης* nunc etiam valde dubito.

277. Videtur Coacas 277. 278. legere velle e scriptura Aph. 34. 35. IV.

316. Hunc locum eodem modo legere vult quo scripsit Prorrh. 83. et ad Gal. provocat. Mihi *ἀλγήματος ἀναδρομαὶ ... ἀνεμέουσαι ... ἐμέσασαι* incongruum videtur.

318. *Οἷσιν ὀσφύος ἄλγημα ... κακόν· οὗτοι ... ἦρά γε τούτοισιν ...* proponit. Fortasse eiusmodi scriptura loci melior, sed res incerta est.

328. Restituit neutra pluralia, qualia mihi non ferenda videntur.

337. Locum legere vult, quemadmodum Prorrh. 148. descripsit, de quo supra dixi.

339. Non satis apertum mihi, quid velit.

365. De *ξυνερεύθει ἡ φ.* dictum iam est ad Progn. in hoc Epimetro p. cxxvii. vol. III.

370. Mira lectio mihi est *κυναγχικὰ ἐν γλώσσαις οἰδήματα.* Fueritne pristina lectio *τὰ κυναγχικοῖς οἰδήματα ἀσήμως ἀφανισθέντα ὀλέθρια*?

375. Locum hunc integrum esse non posse, certum iudico. Dubitanter proponit *ἄλλως καταμωλυομένων τῶν τοιούτων.* — Equidem item dubito, nec boni quidquam in promptu habeo.

393. De *νοσέειν, νόσημα* R. in adn.: *καθάπερ τοῖς νῦν, οὕτως ἴσως καὶ τοῖς τότε ἐτρέπετο τὸ ō εἰς ου τονιζομένης τῆς συλλαβῆς νοῦσος, νούσημα, ἐνούσεον, ἐνούσησα· εἰ δὲ μή, ἔμενε νοσήματος, ἐνοσήσαμεν.* Num iure id ponat, non satis scio; apud Herod. I. 19. *ἐνόσησε* lego.

397. *ἀκροσφαλέστεραι* proponit.

418. Locum legere vult e scriptura Prorrh. 97. — Mihi *πλευροῦ ἄλγημα ... ἀλόγως ἀφανισθέν· ἐξίστανται* non ferendum videtur.

436. Procul absum ab opinione me hunc locum certo restituisse; sed vulgatam quam R. revocat, vitiosam esse, nunc etiam iudico.

458. Lectio, quam R. proponit, *τοῖσι ξηροῖσιν ὑδρωπιώδεσι στρόφοι περὶ τὸ λεπτὸν ἐμπίπτοντες κακὸν προσημαίνουσι* veram scripturam referre non credo, modo cf. Aphh. in adn. a me laudatos. Nondum video meliora quam quae dedi.

486. *ἐκστάσιες ... περιβλέπουσαι* non ferendum, me iudice.

490. Nondum concoquo lectionem vulgatam.

548. Coaca 541. indicio mihi est orationem, qualis vulgatus textus offert, non esse profectam a sententiae auctore, sed posteros nescio quos neutra pluralia illa dedisse. Quid est, quaeso *περὶ κρίσιν τὸ τοιοῦτον γινόμενον μετὰ βηχίου ἐπιρριγεῖ*? Ipsum illud *τραχήλου ὀδυνώδεα* in primo membro vulgatae me iudice indicio est recentiores locum immutavisse; factum hoc est ante Galeni tempora; non nego; sed corrigimus R. et ego et alii plura vitia Galeno antiquiora.

579. Pro corruptis postremis huius loci coniicit: *τὰ χλοιώδεα τὴν ἐπίχροιαν ἐόντα.* Nihil affirmo.

580. Pro iis, quae eieci (cf. adn.), proponit dubitanter: *τοῖσι δὲ λοιποῖσι τὸ ἀνάπαλιν, τὸ οἷον ξυνεστραμμένον τε καὶ χαλαζῶδες γονοειδέσι διαχεόμενον.* Ego item de his dubito.

582. Quod proponit, *τὸ δὲ ἐκπεμπόμενον λίπος ἴσχον [ὀλιγόχρονον] σημαίνει πυρετόν,* probabilis omnino correctio est.

585. Pro τὸ δὲ ἐπιταραχθὲν μὴ καθιστάμενον vult solum τὸ δὲ ἀνατεταραγμένον. Ego nihil mutaverim.

589. 590. Interpungendo succurrere vult vulgatae legens . . . σημαίνει· τρομώδεα πρεσβυτέροισιν, ἐν πυρετῷ καὶ οὕτως, ἐπιφαινόμενα κ. τ. ἑ.; — ad καὶ οὕτως adponit = χωρὶς πυρετοῦ. Non consentio: οὕτως respicit dolorem derepente ortum et urinae retentionem. Ceterum καὶ τρομώδεα . . . ἐπιφαινόμενα λιθίδιά που διουρέει librariorum oratio est, non sententiae auctoris.

608. τὸ [ὑπο]ψάφαρον μαλθακόν me iudice bona est emendatio.

De Galeni glossa ἀνεστραμμένα· ἀνατεταραγμένα. εἴρηται δὲ ἐπὶ οὔρων tacuisse puto Littréum, propter eandem causam ob quam ipse de ea tacui, nempe quia nihil intelleximus.

Ad Epidemiorum librum II.

p. 463. 10. proponit ταῦτα δυσκριτώτερα μὲν, [μᾶλλον] δὲ εἰ μὴ . . . τρόπον, ἄλλως γὰρ ἧσσον. Ego propter rerum nexum et verborum rationem, quae interpolationem, quam sustuli, omnino arguunt, valde dubito. Voluitne febres pluvio tempore esse δυσκριτωτέρας? Scilicet, inquis, ἱδρωτικώτεραι sunt κατ' ἀρχάς, ideoque δυσκριτώτεραι febres. Sed etiam sicca tempestate κατ' ἀρχάς sudor esse potest in febricitantibus; nec causa apparet cur febres, in quibus initio sudant pluvio coelo, difficilius iudicentur quam in quibus principio morbi sudant coelo sereno.

p. 464. 15. Vult: οἷον [γὰρ] [τῆς νούσου] τὸ δείλης παροξύνεσθαι, τοιοῦτον καὶ τῶν νούσων ἑκάστης καταστάσιος πρὸς ἀλλήλας κ. τ. ἑ. Non adversor, sed non credo opus esse mutatione τῆς νούσου in τῶν νούσων, quia τῆς νούσου est morbus epidemius, variis tempestatibus anni varias formas referens. Ego si iterum locum ederem, scripserim: οἷον γὰρ τὸ δείλης παροξύνεσθαι, τοιοῦτον καὶ τῆς νούσου ἑκάστης καταστάσιος πρὸς ἀλλήλας.

Ibid. vs. penult. Post ἄρχοι puncto minore distinguit; per me licet.

p. 468. 2. Dubitanter coniicit ἐς τὸ ἔξω, οἷον τά γε φύματα καὶ τὰ ἐκπυοῦντα. Puto illum τά γε e τάγγαι efficere velle, sed quid γε eo nexu?

Ibid. vs. penult. opportune comparat Epid. VI. 1. 12., quo facto vulgatum εἰ μέν in αἱ μέν recte mutare videtur. Verum nunc quaero possitne constare βηχώδεες ἀποστάσιες αἱ μὲν ἀνωτέρω τῆς κοιλίης οὐχ ὁμοίως ῥύονται? Non mihi videtur. Βηχώδης ἀπόστασις satis mirum; si quid sit, est ἀπόστασις νούσου ἐς βῆχα, quod eo nexu incongruum. Sed dubium non est, quin pro βηχώδεες legendum sit βηχώδεσι, quo recepto omnia bene se habebunt.

p. 469. 6. post γλῶσσαι infert αἱ et vs. seq. vulgatum ὑπό servat; consentio.

p. 470. vs. penult. Iure suspectum illi est τὸ πουλὺ χλωρόν. Proponit τὸ πελιόχλωρον, comparans ἐρυθρόχλωρον. Cogitare coeperam, num forte τὸ ὑπόχλωρον scriptum olim fuerit.

p. 478. vs. 13. Me iudice alio modo locus describi non debet quam quo illum dedi Cobeto praeeunte Proleg. vol. II. p. II. Mirum non est in tantis turbis periodum a loco aberravisse. Illud πρὸς τὸ Ἀφροδίσιον αἱ θύραι ἔβλεπον est indicatio situs aedium, in quibus aeger aliquis decubuerit.

p. 480. vs. 3. Coniicit: ψαυόμενος ἢ κατωτέρω τι τοῦ ὀδ. κτλ., ἢ κατ' ἴξιν [αὐτοῦ]. Φάρυγξ οὐ φλεγμαίνουσα, [ἐγ]κεκλιμένη δέ. Tum vs. 8. vult ἀλλ' ὅτι σομφοὶ μᾶλλον καὶ .... — Denique vs. 9. Γλῶσσαι illi initium est novae periodi. Ac cum postremo hoc plane consentio, non item cum ceteris. Primum ἦν δέ vs. 3. integrum esse videtur, nec tangendum est; tum non satis apparet unde et quo iure ἢ κατ' ἴξιν αὐτοῦ expromat. Porro in κειμένη latere ἐγκεκλιμένη non credo; nolo affirmare certum esse ἀνειμένη, quod exhibui, sed melius quid nondum reperi. Versu autem 8. in corrupto ἀλλὰ φύσει μέν reconditum esse quod proposuit, parum est probabile; mihi desperatum videtur.

p. 485. vs. 1. Sine dubio recte requirit ἐρεύθει τὸ πρόσωπον a. τὰ πρόσωπα.

p. 487. vs. 1. Πτύαλα πολλὰ ἔπτυε κατ' ἀρχὰς ἀνθηρά, ἔπειτα ἀμφὶ ζ' ἢ η' πέπονα rectissime emendat, me iudice.

p. 498. vs. 19. Legit: Ἡ Στυμ. οἰκέτις — ἢ οἴδημα ἐγένετο ὡς ἔτεκε θ. — ἀπέστραπτο δὲ τὸ ..... ὀδύνη — παρὰ σφυρὸν ..... Non multum adversor, sed in vulg. potius latet οἰδήματα quam οἴδημα. — Agit simul de loco p. 473. vs. 3., ubi tentat: καὶ ἡ Στ. ἐκ ταραχῆς κοιλίης μακρῆς θῆλυ ἀποφθείρασα τετράμηνον, ὑγιήνασα ᾤδησεν. Quo iure pro ὀλιγημέρου scribat μακρῆς non video; non intelligo quare post paucorum dierum profluvium ventris non potuerint consequi quae traduntur.

p. 502. vs. 18. Pro πυρῆνος ἕν legit πικρῆς ὄμφακος ἕν, collata formula e § 65. additamentorum spuriorum ad librum de V. Acut. Si quid eiusmodi scriptum fuerit, ὀμφακίου τοῦ τῆς πικρῆς ὄμφακος datum fuisse dixerim.

Ad librum Epidemiorum IV.

p. 616. vs. 8. Sine dubio recte interpungit post ὑπακούουσαι. Quod autem ex ἀνιδρῶτες format οἱ ἱδρῶτες, minus placet; potius legerim καὶ ἀνιδρῶντες κατὰ λόγον τῶν πυρετῶν. Tum vs. 9. σπλῆνές ἐστι οἷσι σμικροί, σκληροί; in quibus num σμικροί dandum sit, dubito. Versu autem 12° seqq. scribendum esse opinatur: πολλῷ δὲ μᾶλλον [ὧν] ἴσχοιτο κάτω ἡ γαστὴρ, τότε ἀπελαμβάνετο· οἷσι μὴν αὖθις εἶεν σπλῆνες [μεγάλοι] τε καὶ ἐπηρμένοι, αἱμορραγίη ἐξ ἀριστεροῦ. Multa in his liberius novata videntur; equidem malim: πολλῷ δὲ μᾶλλον εἴχοντο κάτω αἱ γαστέρες· καὶ γὰρ ἀπελαμβάνοντο ὑπὸ τὸν χρόνον τοῦτον· οἷσι μὲν τοῦτο ἦν, σπλῆνες δὲ καὶ ἐπηρμένοι, αἱμορραγίη ἐξ ἀριστεροῦ.

p. 517. vs. penult. πάντα ἐν τούτοισι τοῖσι χρόνοισι ἕκτῃ ἐκρίνετο legit putans in ἐκταῖα ὀγδοαῖα latere ϛη' i. e. ἕκτῃ. Est hoc pulchre repertum, sed tamen fere totius

morbi plenae crisios numeros in eiusmodi rebus notare solebant, ita ut potius diem 18vum memorari exspectes quam sextum.

p. 527. vs. ult. R. legit solum ὁ ἀπὸ τοῦ ἵππου καταπεσὼν κ. τ. ἑ., κεραμείου pro scholio reiicit; hoc num vere statuat valde est duhium; equidem ὁ ἀπὸ τοῦ κεραμείου ἵππου καταπεσὼν legerim.

p. 529. vs. 2. ut vulgatum εἰδυῖα tueatur interpungit post ἔχοι; vs. autem 4. vult μεγάλη· οἷόν [τε] — βήσσουσα γὰρ ἐτύγχανεν, — ὁδοιπορῆσαι θᾶσσον, quod mihi parum arridet. Sed eum laudo, quod προπυρεταίνουσα ad § 22. retulit.

p. 529. vs. 7. Hoc igitur loco R. requirit: Ἡ δὲ τοῦ Ἀπημάντου ἀδελφεοῦ προπυρεταίνουσα ἀπέφθειρε ἑξηκονθήμερον, ὡς ἔφη, ἑβδομαίη θῆλυ. Consentio lubens.

p. 530. vs. 1. Hunc locum comparat cum § 29. (p. 536. vs. 11.); loco nostro non de Apemanti uxore sermonem esse putat sed de ipso. Prohahile hoc esse non negaho. Iam legit Ἀπημάντῳ, ᾧ ἐν τῇ ἕδρῃ ἄλγημα, ἔστραπτο ἐς κενεῶνα τὸν δεξιὸν καὶ περὶ τὸν ὀμφαλὸν κάτωθεν ὀλίγον . . . Equidem non video cur παρά p. 536. vs. 12. in περί mutari debeat; in Reinholdi scriptura legere malim ἔστραπτο ἐς κενεῶνα τὸν δεξιὸν παρὰ τὸν ὀμφαλὸν κάτωθεν ὀλίγον. — Porro p. 536. vs. 15. legit: Καὶ ὁ τέκτων [ᾧ] ἐπὶ τὰ ἕτερα τῆς αὐτῆς ἕξιος, καὶ οὗτος . . . De ᾧ inserto non dissentio; inferendum est superioribus, quemadmodum dictum est, mutatis. Sed non mihi persuadet de vulgato ἐπὶ τὰ ἕτερα ἐκ τῆς αὐτῆς ἴξιος esse deflectendum. Quid ἕξιος sihi velit non satis apertum mihi.

p. 533. vs. 7. In Hegesistrati historia magnam partem consentit cum iis, quae in adn. dixi et de lectione Ἡγησιστράτῳ, ᾧ τὸ ἐμπύημα ego plane consentio. Sed quod ὀδόντα post ἔσχατον inserit et αὖθις ante ἐξιήθη delet, huius rei causa idonea non apparet. Nexus est inter hunc locum et eum, qui paulo post de Hegesistrato legitur. Utroque loco fragmenta hahemus e nexu, quo olim ferehantur, dissoluta; quapropter difficile est rectum iudicium ferre de eiusmodi vocabulis inserendis, omittendis.

p. 534. vs. antepenult. Nunc R.: Ἀνδρὶ ταὐτὰ, πλὴν χρονιώτερα· ἑβδόμῃ ἐκρίθη ὑπόσπληνος· ὀγδόῃ καὶ εἰκοστῇ . . . Ad ὑπόσπληνος adnotat οὗ σχόλιον τὸ ἐς τ ὰ ἀ ρ ι σ τ ε ρ ά. Postremum hoc mihi non persuadet: legerim: Ἀνδρὶ ταὐτὰ πλὴν χρονιώτερα· ὑπόσπληνος ἐκρίθη ἑβδόμῃ· ἐς τὰ ἀριστερὰ ὀγδοηκοσταίῳ τούτῳ τὰ τοῦ ὀφθαλμοῦ.

p. 536. vs. 6. pro ἡσυχῇ nunc etiam malim ξύνηθες quam συχνόν, quod R. proponit.

p. 537. vs. 6. legit Ἡ γυνὴ ἡ κατὰ [τὰ] Σωσίλεω· λευκοφλέγματος· κνῆμαι σκληροῖσιν ἐκθύμασι . . . Ad λευκοφλέγματος quod attinet, de hac voce nunc etiam dubito; ἐκθύμασι effecit ex οἰδήμασι vulgatae et quamquam speciosa est emendatio, non sum certus οἰδήμασι non esse emhlema, quod non emendari, sed reiici debeat; nescio num veteres ἐκθύματα vocaverint ista σκληρὰ, λευκὰ, φολιδώδεα in cute apparentia.

p. 538. vs. 1. Scrihendum iudicat: ἐνιαυτός· πυρίη ἐν φακῷ δὲ καὶ τὰ ἐξανθήματα ἐξετάκη οὐ [μὴν] τελέως. Pars horum data est ex περιομφακώδης vulgatae, quod non reiiciendum, sed emendandum esse recte vidit R.; recteque item illum vidisse censeo in περι aliquid ad πυρίη pertinens latere; minus mihi persuadet in ὀμφακώδης aliquid a φακός ductum esse reconditum; nec plane satisfacit mihi. Legerim post R. tentamina: χρόνος τῇ ἐς ὀφθαλμοὺς ἀποστάσι ἐνιαυτός· πυρίη ὀμφακώδης καὶ τὰ ἐξανθήματα ἐτάκη οὐ τελέως.

p. 538. vs. 15. legere mavult *ἀποσιτίῃ ἐγυιώθη*. Per me licet, sed ego non fecerim.

p. 539. vs. 10. scribit: *Ἀθηνάδεω* (;) *οἰκετίδι — ᾗ ἔθεντο ὄνομα Στλεγγίδα — ἠμορράγησε τοῖσιν ἐπιμηνίοισιν*. Mibi non admodum placeut haec; parum prnbabilia videntur, locus autem summatim desperatus est.

p. 540. vs. 6. *ὅτι* pro *οἷα* legit et vs. seq. *δεῖ* pro *φά*. Consentio et lubens receperim.

p. 542. vs. 5. *λαπαρή* proponit pro *λιπαρῇ*. Equidem vol. II. Praef. p. III. conieceram *λαπαρῇ*, ut ad aegrotantem spectet, quod nunc etiam malim propter *λαπαρός* p. 552., quamquam R. eo loco aliam rationem inire placuit.

p. 546. vs. 2. Recte *ταχυγλωσσότερος* recepit, abiecit *διαλεγόμενος προπετέως*. Ego nescio quo modo contrarium feceram.

p. 547. vs. 8. Tentat: *Οἷσι κατὰ τὰ δεξιὰ ὑπολάπαρος ἔντασις*, (*νεφριτική* (;)); *ἣν μὴ λύηται λήγοντος τοῦ πυρετοῦ* [*ἐκπυΐσκεται*]· *οἷσι δὲ ὑπολαπάρου* [*οὔσης*] *τῆς κοιλίης, ἐν αὐτῇ ταύτῃ οἱονεὶ περιλαμβανόμενον σκληρόν τι ὀδυνῶδες γίγνεται καὶ οὐκ ἐθέλει διαχεῖσθαι, πάνυ κακόηθες· ἴσως καὶ τὸ τοιοῦτον ἐκπυΐσκεται.* —. Nihil de his affirmo.

p. 551. vs. 1. *ἐλάπασσεν* cum Littréo requirit. Equidem si iterum textum ederem, intactam relinquerem vulgatam. Iudicium vix ferre possumus de vocabulis e connexione ereptis.

p. 551. vs. 12. *ὕπνοι ἦσάν οἱ· παρ᾽ οὖς* [*ἐδόκει*] *οὐ γενέσθαι, ὅτι* . . . Melius quid sane non habeo in promptu.

p. 552. vs. 1. dubitantur proponit: . . . *ἀπογενόμενος. Ἅμα ἠσθενηκότι αὐτῷ κεκρυμμένον*; — tum vs. 3. *ὑποδιελθούσης* legit; vs. 7. *λυπηρός*. Mihi autem *ἅμα ἠσθένει τῇ ἑωυτοῦ* non tangendum videtur; *ὑποδιελθούσης* certa mihi est emendatio; *λαπαρός* potius in aliam sedem transtulerim, uti dixi in Praef. ad vol. II. p. III.; *λυπηρός* pro *λαπαρός* olim scriptum fuisse non credo.

p. 553. vs. 5. *καὶ τὰ διὰ σφῶν αὐτῶν παροξύνοντα* — legit. Mihi vulgatum *παρωξύνοντο* aut non tangendum, aut in *παροξυνόμενα* duce Littréo mutandum videtur; *παροξύνοντα* non congruere opinor.

Ibid. vs. 9. supplet: *γίγνεται* [*οἷσι δὲ*] *οἷα τὰ ἐν ἀρχῇσι, τοιαῦτα ἐπιφαίνεται, οὔ.* Sensus sane idoneus inest.

Ibid. vs. 11. De *κρίνειν* in *μηκύνειν* ab R. mutato nihil affirmo. Sed fidem habeo restitutioni *οἷόν τι παρὰ τῷ διδασκάλῳ καὶ ἄλλοτε εἶδον*.

Ad librum Epidemiorum VI.

SECTIO 1.

4. In adn. ad h. l. citavi Galenum, in cuius verbis col. 2. vs. 37. legit: *εὔδηλον ὅτι προσυπακοῦσαι δεῖ τῷ παιδείον πάθος, ὡς* . . — Si ita legis, malo *εὔδηλον ὅτι προσυπακοῦσαι δεῖ τῷ παιδεῖον τὸ πάθος, ὡς* . . . — 12. In adn. Galeni locum p. 562.

col. 1. vs. 24. post R. legerim: *ἅπαντα πᾶσιν ὁμοίως πιστεύοντες τοῖς γεγραμμένοις οἱ ἐξηγησάμενοι ἐπαινοῦσι μετὰ τοῦ μηδὲ νοεῖν ὧν ἐπαινοῦσιν ἔνια.*

13. Galenum legisse *καὶ τἄλλα ὅσα παρεῖται* facile Reinholdo credo; sed contendo Galenum talia legisse, quae non sint ab ipso auctore addita.

14. p. 563. vs. 2. *οἱ δὲ πεμφιγώδεες δεινοὶ ἰδεῖν* cum Galeno vult legere.

SECTIO 2.

1. p. 564. vs. ult. R. requirit *συνεκχυμοῦντα ὀργήσασθαι. Τὸ ὅμοιον κ. τ. ἑ.* Porro demonstrare studet Galenum *ὀργήσασθαι*, non *ὀργάσασθαι* legisse. Opinatur Galenum et glossarum Herodotearum auctorem verbum Ionicum *ὀργέομαι* sumpsisse. — Mihi autem, ut plane dicam, non persuadet. In Mnemosyne vol. IX. p. 35—45. de his tam accurate, docte, lucide, ut solet, egit Cobetus, ut mihi dubium non sit, quin *ὀργάσασθαι* legerit Gal.; sed fac illum *ὀργήσασθαι* legisse, non tamen proficimus, nimirum neutrum probum est. Sed, ni fallor, ne vel ex Reinholdi quidem mente ipsius emendatio constare posse videtur; nam si *ὀργάσασθαι* vel *ὀργήσασθαι*, ne ab eius scriptura aberremus, pro *ὀργάσαι* poni possit, — quod dubito num ipse R. contenderit, si Cobeti adnotationem, de qua dixi, pervolverit, — certe legere oporteat *συνεκχυμοῦν ὀργασάμενον*, non *συνεκχυμοῦντα ὀργάσασθαι.* Me iudice *συνεκχυμοῦν* firmum est; *ὀργάσασθαι* antiqua est lectio, sed in qua sensus sanus non inest.

SECTIO 5.

15. p. 593. vs. 7. legit *Γυνὴ ἣν ἐλατήριον, ἢ αἲξ ἣν σίκυον ἄγριον βεβρώκῃ, παιδίοισι κάθαρσις.* Ad *ἐλατήριον* adnotat [*πεπώκῃ*]. — Nunc etiam ipsa scriptura antiqua detectu difficilis mihi videtur.

SECTIO 6.

4. p. 595. vs. 2. vulgatum *ἔβησσε γὰρ ἐκ κορυφῆς* emendare conatur legendo *ἐκ κορύζης*; et vero „nam post gravedinem tussivit" probabilem refert sensum.

SECTIO 8.

28. p. 613. vs. 1. Ad ea, quae de hoc loco dixi in Praef. ad vol. II. p. IV. adnotat: *καὶ τοῖς νῦν τὰ τοιαῦτα πεπίστευται, μάλιστα δὲ ἣν καλοῦσι πτῶσιν ἥπατος, ἢ νεφρῶν.* Respondeo sermonem esse de replicatione, non de descensu, meque dubitare de observatione *ἐπιπτύξιος λοβοῦ* iecinoris, quam quis aegrum conquassando temporis articulo restituerit!

Ad librum Epidemiorum VII.

p. 640. vs. 15. *ὡς κατεξηρασμένης τῆς φάρυγγος καὶ τῆς πάσης ἀδυναμίης παρεούσης* tradita est lectio. R. proponit *καὶ τῆς κατασπάσιος ἀδυν. παρεούσης*, et sane probabile est eiusmodi quid dedisse auctorem; *πόσιος*, praesertim *καταπόσιος* congrua sunt.

p. 642. vs. 13. proponit *γαλακτοποτήσαντι γάλακτι πεπυρωμένῳ*: non novi exempla huius dictionis; cf. adnn.

p. 643. vs. 5. *τινά* coniicit pro *τήν*; mihi coniectura parum probabilis est.

p. 644. vs. 9. pernegligenter sane *ἄπεφθον* redditum est *non coctum*; probe enim novi ab *ἀφέψω* duci!

Ibid. vs. penult. *ὀλιγοποσίῃ δὲ ἐχρῆτο καὶ μετὰ τὸ σιτίον τῷ ποτῷ ἢ αὐστηροτέρῳ τῆς ἀλωσίμου.* Vulgatam hanc lect. pulcherrima coniectura emendat R. scribens *καὶ μετὰ τὸ σιτίον ποτῷ οἴνῳ αὐστηροτέρῳ μὴ τεθαλασσωμένῳ.*

p. 645. vs. 1. explet Κτησικράτει *τὸ [ὄνειον] ἐν τῷ ἀλεύρῳ μᾶλλον κ. τ. ἑ.* Est hoc aliquid; sed mirum tamen *ὄνειον γάλα ἐν τῷ ἀλεύρῳ*, quum potius exspectes *ἄλευρον ἐν γάλακτι ὀνείῳ*. Videram iam olim num forte *τὸ . . . . ξὺν τῷ ἀλεύρῳ* dandum sit; sed nondum reperi quod sit eiusmodi, ut in eo acquiescam.

p. 647. vs. 7. coniicit *καὶ χρῶμα ἐπ' ὀφθαλμοῦ δεξιοῦ, οἷον ειαρίτου ὕφαιμον*. Pulchre sane hoc repertum est et tamen quaeris, quum quid *ὕφαιμον* sit nemo antiquorum ignoraverit, quare *οἷον ειαρίτου* addatur; nempe saepius *τὸ ὕφαιμον* solum de oculis ponitur.

Ibid. vs. 18. In *τράχηλος διὰ παντὸς ἀκίνητος· ξυμπεριάγειν τῇ κεφαλῇ ἐδεῖτο.* R. requirit *ξυμπεριάγειν τὴν κεφαλὴν [ἄλλον] ἔδει.* — Mihi non certo constat vitium loco inesse; *ξυμπεριάγειν τὸν τράχηλον τῇ κεφαλῇ* recte dici videtur; *ἐδεῖτο* si reddas „rogabat" i. e. rogare solebat, vulgata probum sensum refert.

Ibid. vs. 23. *ἤδη ὀρρῶδες* mutatum cupit in *ὑδαρῶδες*; fateor me cur aliquid mutandum sit non satis perspicere.

p. 648. vs. 18. In prima adn. ad principium capitis videbis me reiecisse insiticia quaedam mihi visa. Horum partem recipere vult R. legens: *πνεῦμα — τὸ ἑωθινὸν ἧσσον, ἀπὸ μέσου ἡμέρης μᾶλλον — πυκνότερον μικρῷ βὴξ κ. τ. ἑ.* Mihi *τὸ πνεῦμα μικρότερον μικρῷ* unum non divellendum emblema nunc etiam esse videtur.

p. 652. vs. 4. corrigendum esse arbitratur: *καὶ ἐπὶ ὀφθαλμοῦ τοῦ δεξιοῦ τὸ ὕφαιμον οἷον δάκρυον ἦν· οὖρον δὲ [ὑδατῶδες] αἰεί·* Ad *ὑδατῶδες* adnotat: *οὗ πρόσγραμμα ἂν τὸ ὃ τοῖσι παισὶ πονηρόν ἐστι* Mihi haec parum firma videntur. Vulgatum *καὶ ἐπὶ ὀφθαλμοῦ τοῦ δεξιοῦ τὸ ὕφαιμον ἦν καὶ δάκρυον ἦν* parum elegantem habet repetitionem verbi *ἦν*; — possis fortasse recte priore loco eiicere; — verum *τὸ ὕφαιμον οἷον δάκρυον ἦν* parum congruum mihi videtur, nam quae inter illa erit similitudo? — Eius coniectura *ὑδατῶδες* profluxit e loco Prognostici, quem citavi in adn.; sed non facile, me iudice, demonstraveris auctorem non scripsisse *ὃ τοῖσι παισὶ πονηρόν ἐστι αἰεί.*

p. 656. vs. 10. E vulgata *ὁ δὲ Βάλεως ἐκ τοῦ ὄρεος πάντα ἡμαρτηκὼς ιθ' γλῶσσα πονηρὴ, ὑπέρυθρος καὶ κατὰ φωνὴν ἦν ἐν τῇ ῥέμβῃ* elicit R.: *ὁ δὲ Βαλοιεὺς, ἔτι τοῦ*

θέρεος . . ., παντῆμαρ τακεὶς ἔν τινι ῥέμβῃ . . . . . ἕκτῃ γλῶσσα ὑπέρυθρος σμικρὰ κατεφρόνει. Ex adnotatis describo: „*τολμηρὸν γὰρ τὸ κατὰ φωνὴν ἦν ἐν τῇ ῥέμβῃ σημαίνειν ἀξιοῦν·* et voce vacillabat." — Foësius ita est interpretatus, quem secutus sum, ut aliquid darem. Credo probabiliter illud *ἐν τῇ ῥέμβῃ* referri ad Baliensis huius vagationem quamdam. Vernm *ἔτι τοῦ θέρεος* incertum est; *παντῆμαρ τακεὶς ἔν τινι ῥέμβῃ* mirum sonat; ferrem *λιμῷ τακείς*, sed etiamsi feras, iure quaeris num in vulgata lateat; quod mihi parum probabile. Non magis intelligo, qua ratione e vulgato textu deducat *σμικρὰ κατεφρόνει.* Sunt huiusmodi loci ita corrupti, ut ulcus intactum relinquere fere praestare videatur. Quod dein R. in seqq. p. 656. vs. ult. ante *φωνή* inserit *ζ′* et ante *πόδες* p. 657. vs. 2. *η′*, non sine causa factum videtur.

p. 661. vs. 14. vulgo *οἱ ψόφοι δὲ πινούσῃ μεγάλοι ἐγίγνοντο.* R. lenissima mutatione multo aptius: *ψόφοι δέ οἱ πινούσῃ μεγ. ἐγίγν.* — Sine dubio ita locum legere oportet.

p. 665. vs. 5. R. coniicit . . . *ἤει καὶ ὁ πόνος διέλιπεν. Ἕδρη ἔξω[στο]. Τετάρτῃ ἐς ὄρχιας καὶ ἐς ἥβην καὶ κοιλίην κ. τ. ἑ.* Illud *ἕδρη ἔξω[στο]* non est eiusmodi, ut plane satisfaciat, sed non facile est illud *ἕδρῃ* et *ἕδρη ἔξω* librorum cum ceteris ita coniungere ut sensus idonens emergat. In reliquis cum R. consentio, nisi quod *ὀσχέας* prae *ὄρχιας* praetulerim.

p. 668. vs. 23. *μᾶλλον . . . . .* scripsi lacunam notans; R. *μᾶλλον* in *μέλαν* mutat. Parum probabile est *μέλαν* in *μᾶλλον* abiisse; sputa primum *ὠχρά*, postero die *μέλανα*, tertio *πρασίζοντα* fieri non admodum vero simile.

p. 670. vs. 20. *γλῶσσα . . . ἀκρατής* scripsi, ubi libri *ἄκροπις.* R. Galeni glossam *ἀκροαπὶς γλῶσσα* ad hunc modum emendat: *ἀκρορραφὴς γλῶσσα· οὕτως εἴρηται ἐν τῷ ζ′ τῶν ἐπιδημιῶν ἡ οἷον ἀκρατὴς διατυπῶσαι (τουτέστιν ἡ ἀδιάρθρωτος ὑπὸ δυσκινησίας).* — p. 673. vs. 16. tentat: *σπασμώδης, ἀφρὸς δὲ οὐ πάνυ· καὶ τρίτῃ καὶ τετάρτῃ· πέμπτῃ ἐπεσήμηνε τῇ γλώσσῃ· ἀκρορραφής· καὶ ὁ σπασμὸς κ. τ. ἑ.*, reiicit autem pro scholio *οὐχ οἷός τε ἦν λέγειν, ἀλλ᾽ ἴσχετο ἐν τῇσι ἀρχῇσι τῶν ὀνομάτων καὶ ἔπταιεν ἡ γλῶσσα σφόδρα.* Pag. 694. vs. 17. *μετὰ ταῦτα ἄκροπις* mss., ubi item *ἀκρατής* dedi; R. vero eo loco requirit *μετὰ ταῦτα ἀκρέων ψύξις.* — In bisce Reinholdi tentaminibus multum boni inest, et gavisus sum eum retractasse, quae omnino corrupta erant, necdum ad pristinam integritatem restituta; sunt tamen in quibus dissentio. Incipiam a Galeni glossa: Foësius in Oecon. iam monuit *ἀκροαπὶς γλῶσσα* extra literarum ordinem legi; hinc puto factum est, ut R. *ἀκρορραφής* corrigeret: praecedit *ἀκρόπλοα*, sequitur *ἀκροσαπές.* Verum nunc quaero sitne *ἀκρορραφής* vocabulum, quod significet *τὴν ἀκρατῆ διατυπῶσαι,* — vel linguam, *ἢ ἴσχετο ἐν τῇσι ἀρχῇσι τῶν ὀνομάτων.* — Formatur nomen a *ῥάπτω* et *ἀκρορραφής* debebit esse *lingua extrema sua parte consuta*, sin passivo sensu non sumendum dicas, sed activo, erit *lingua extrema consuens.* Aut ego fallor aut scholion e p. 673. rectissime ab R. expulsum ad verum ducit: *ἴσχετο ἐν τῇσι ἀρχῇσι τῶν ὀνομάτων*, sola vocabulorum principia pronuntiare valebat, non tota; itaque fuit *ἀκροεπής*, quemadmodum *ἀμετροεπής* est qui ultra modum loquax verba fundit. — Quin *ἀκροεπίς* foemininum esse potest illius *ἀκροεπής* et, ut saepe fit, veritatem, quae in propinquo erat in *ἀκροπίς, ἀκροαπίς*, e longinquo repetivimus *ἀκρορραφής* et *ἀκρατής* legentes. — Itaque p. 670. vs. 20. iam lego: *γλῶσσα ξηρή, ἀκρο-*

επίς κ. τ. ἑ. Pag. 673. vs. 16. iam legerim: σπασμώδης, ἀφρὸς δὲ οὐ πάνυ· τρίτῃ καὶ τετάρτῃ ἐπεσήμαινε τῇ γλώσσῃ· πεμπταῖος ἀκροσπὴς καὶ ὁ σπασμὸς ἐπεγένετο κ. τ. λ. Pag. vero 694. vs. 17. ἀκροσπής mutare in ἄκρων ψύξις non ausim.

p. 681. vs. 9. vult γλισχρὸς ἰχὼρ ... ἐκθλίβεται· ταχὺ προσίσταται· ὡς καὶ κ. τ. ἑ. adnotans ad προσίσταται: „τοῦτο δηλαδὴ τὸ ἐκθλίβεσθαι ἰχῶρα γλίσχρον τε καὶ κολλώδη. § 96." — Nempe p. 700. 3. καὶ πνῖγες προσίσταντο. — Consentio; locum olim non intellexi.

p. 685. vs. 18. ᾧ τὸ κύφωμα ἐκ νεφρίτιδος ἐγένετο pro ἐκ φρενίτιδος probabilis est emendatio; nam licet κύφωμα ἐκ νεφρίτιδος non quotidie observetur, veteres videre potuerunt spinae curvaturam, quae ab alia quidem affectione profluxerit, sed eiusmodi ut nephritidem eam esse crederent.

p. 688. vs. 9. Dubitanter καταδάμμασι proponit; sed ὑπὸ κωνώπων καταδάπτεσθαι non facile alicui acciderit.

p. 690. vs. ult. Dubitanter proponit: βηχίον τι ἀραιὸν ξηρόν. Οὖρα θολερὰ ἐπ' ἀρχῆς, μετὰ δὲ καθαρὰ, οὐκ ἄχροα, ἐναιωρήματα διεσπασμένα· μετὰ δὲ σύναγμα ἐφαίνετο ἐν τῷ .... Τριταίῳ αὐτομάτη κοιλίη ὑπῆλθε ξυσματώδεα, μυσαρά. Τετάρτῃ ... — ... μαλθακόν· ὑπέφρισσεν αἰεί· ... Ego a coniecturis iam abstineo!

p. 694. vs. 15. lectionem χλάμυδα praefert; non adversor, puto eam esse potiorem.

p. 701. vs. 19. et p. 705. vs. 20. οὐ γενομένων et οὐ παυομένου legendum esse monet, ubi μή dederam. Concedo.

p. 708. vs. 19. ὑγιάνθη h. l. me fugit; ὑγιάσθη, ut aliis locis, dandum esse opinor.

Ad Epidemiorum V.

p. 721. vs. 23. legit: ὁκότε δὴ βήσσοι.

p. 723. vs. 7. proponit ὃ καὶ πρισθὲν αὐτίκα ἔσχεν ἐπιεικέως· [ἔπειτα μὴν] οἴδημα ..., ... ῥῖγος καὶ ἡμέρῃ μᾶλλον. ... Ad ἔσχεν adscribit etiam εἶχεν et ad ἡμέρῃ adponit ἐς ἡμέρην. Videant alii, num haec praestent.

p. 725. penult. In praef. ad vol. III. p. IV. post ὕδατι inserendum esse εἰ dixi, et simul ibi μετακλυσθείη scripsi. Vere monet R. μετεκλύσθη in ea lectione servari posse.

p. 727. vs. 5. legit: καὶ τὸ ἄκρον διῆκε κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ· πέλιον, ἐποιδέον ὃ διῆλθε χωρίον, [μετ' οὐ] πολὺ, ἐπειδὴ ἐτρώθη· ἔπειτα .... Mihi admodum est dubium vulgatum διήνεγκε mutandum esse in διῆκε; neque cetera certa videntur. — Vide num forte διῆλθε sit glossema et legere oporteat: καὶ τὸ ἄκρον διήνεγκε κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ πέλιον ἐποιδέον χωρίον πουλύ?

p. 728. vs. ult. ἤκουεν vult R. pro vulgato εἰσήκουεν. Mihi hoc praestare videtur, uti olim visum est.

p. 729. vs. 21. scribendum censet: ὀπὴ ἐφάνη ἐς τὸ δέρτρον ἐπὶ θάτερα ἀφήκουσα,

καὶ πρὸς τῷ νεφρῷ ὀστέα ἀπίλλητο σαπρά. Credo *ἀφήκουσα* praestare prae *ἐφήκουσα*, et tamen hoc scribere potuit auctor, nec mutaverim; — *ἐπὶ θάτερα* profecto non est „utrinque" sed „ad alterum usque latus." — Ex *ἐπῆλθε*, pro quo solus V. *ἐπήλθετο*, efficit *ἀπίλλητο* provocans ad glossam Galeni *ἀπιλλήθη· συνεκλείσθη.* Quorsum hanc glossam referre oporteat, non est notum; sed *ἀπίλλητο* parum arridet h. l., quin incongruum plane esse dixerim. Quaero autem num totum illud *ἐπῆλθε* emblema sit, et legere oporteat: *ὀπὴ ἐφάνη ἐς τὸ δέρτρον ἐπὶ θάτερα ἐφήκουσα καὶ πρὸς τὸν νεφρὸν καὶ πρὸς σαπρὰ τὰ ὀστέα.*

Ibid. vs. penult. legit: *τούτου ἥ τε σχέσις τοῦ σώματος παρέλαβε ἐπίχολος ἐοῦσα σηπεδόνι ξηρῇ τοῦ δέρτρου πολλῇ κ. τ. ἑ.* Provocat vero ad Gal. gl. *ξηρῇ σηπεδόνι*, quae refertur ad Ep. V. p. 716. vs. 15. — Verum mihi non persuadet scribi potuisse a quoquam quod proponit: quid erit *ἡ σχέσις τοῦ σώματος παρέλαβε ἐπίχολος ἐοῦσα σηπεδόνι ξηρῇ*?

p. 730. vs. penult. *Τοῦτο παρέλαβέ με δεόμενον πρισθῆναι· ἔκλεψαν δέ μευ τὴν γνώμην αἱ ῥαφαὶ ἔχουσαι ἐν σφισι ἑωυτῇσι τοῦ βέλεος τὸ σῖνος· ὕστερον γὰρ καταφανὲς γίγνεται.* Ego *ἔκλεψαν γάρ μευ τὴν γν.* de meo scripseram; recte vero R. monet *δέ* constare posse. Locum autem totum descripsi, ut alii mecum videant, num forte *ὕστερον γὰρ καταφανὲς γίγνεται* sit adnotatio lectoris, quam e contextu demere oporteat.

Ibid. vs. 25. dubitanter proponit *Κοιράνειος* a *Κοίρανος* provocans ad Aelianum 202.

Ad librum de flatibus.

Notabo ea solum, in quibus dissentiam, aut alia de causa aliquid adnotare lubeat.

p. 124. vs. 1. ubi vulgo *διδασκαλεῖον*, quod Marc. etiam habet, dedit *διδασκάλιον*, verum de *docendi mercede* sermo esse nequit h. l.

Ibid. vs. 9. dedit *οἷός τ' ἂν εἴη προσφέρειν τὰ ξυμφέροντα ἐκ τῶν ἐναντίων τῶν ἐν τῷ σώματι, ἐφιστάμενος τῷ νοσήματι.* Dubium nullum, quin multo rectius quam olim factum est locum accipiat. Verum illud *τῶν ἐν*, quod vulgata fert, in mss. non legitur, adeo ut parum constet unde proveniat; neque vero Calvum legisse nunc video. Tum vero *ἐπιστάμενος* sine dubio accipiendum quasi *ἐφιστάμενος* scriptum sit, sed num ideo Ionismus repudiandus sit, dubito. E Marciano scripserim: *οἷός τ' ἂν εἴη τὰ ξυμφέροντα προσφέρειν τῷ σώματι, ἐκ τῶν ἐναντίων ἐπιστάμενος τῷ νοσήματι.*

p. 125. vs. 19. *διαρριπτεῦνται*, licet A. praebeat, non recipiendum videtur.

p. 126. vs. 5. Ex A. *βίον* pro *δρόμον* recepit. Sitne utrumque recipiendum et legendum *τῷ δὲ πυρὶ τὸ πνεῦμα τροφή· τοῦ δὲ πνεύματος τὸ πῦρ στερηθὲν οὐκ ἂν δύναιτο ζώειν· ὥστε καὶ τὸν τοῦ ἡλίου βίον καὶ δρόμον ἀέναον ἐόντα κ. τ. ἑ.*? Nempe antecedit *ἀλλὰ μὴν ἡλίου τε καὶ σελήνης καὶ ἄστρων ὁδὸς διὰ τοῦ πνεύματός ἐστι.*

Ibid. vs. 11. *πῶς ἂν ἄλλως ἀλλ' ἢ* non ferendum videtur. Aut solum *ἀλλ' ἤ*, aut *ἄλλως ἤ* scripserim.

p. 129. vs. 1. *καὶ πνεύματος πλησμονὴ ἐπιπλείων γίγνεται* praebet. Mihi nunc etiam *ἐπίπλεον* s. *ἐπίπλεων* sine *πλησμονή* veram lectionem referre videtnr. Illud *πλησμονή* in praestantibus mss. A. et Marc. non habetur; puto autem expletum esse ab iis, qui *ἐπίπλεον* non recte intelligerent.

Ibid. vs. 17. *ἧσσόν τε ψυχρῶν* dedit, ubi vulgo *καὶ ἧσσόν τι ψυχρῶν*. Cod. A. sane *τι* omittit; verum vulgata antiqua scriptura loci est me iudice, e qua *τι* in A. excidit.

Ibid. vs. 22. Legit: *τὸ αἷμα φοβεόμενον τὴν παρεοῦσαν φρίκην διέσσυται παντὸς τοῦ σώματος καὶ ξυνθέει ἐς τὰ θερμότατα· αὐτοῦ μὲν οὖν ἐάλη· καθαλλομένου δὲ τοῦ αἵματος ἐκ τῶν ἀκρωτηρίων τοῦ σώματος ἐς τὰ σπλάγχνα, τρομέουσιν αἱ σάρκες καὶ πάλλονται· τὰ μὲν γὰρ τοῦ σώματος γίγνεται πολύαιμα, τὰ δὲ ἄναιμα· τὰ μὲν οὖν ἄναιμα διὰ τὴν ψύξιν οὐκ ἀτρεμέουσιν, ἀλλὰ πάλλονται· τὸ γὰρ θερμὸν ἐξ αὐτῶν ἐκλέλοιπεν· τὰ δὲ πολύαιμα διὰ τὸ πλῆθος τοῦ αἵματος αὖ τρέμουσι * καὶ φλεγμονὰς ἐμποιέει· οὐ γὰρ δύνανται πολλοῦ γενομένου ἀτρεμέειν.* Ecce! integrum textus Reinholdiani locum describo. Quare? Nimirum, quia optime de hoc loco est meritus et quia quae dedit invitant, ut videas num post eius lucubrationes aliquid conferre liceat insuper ad loci intelligentiam. R., ubi libri ferunt *διέξεισι κατὰ παντὸς τοῦ σ* et A. *διαΐσσει διὰ παντὸς τοῦ σ.*, quam lect. in adn. leviter contemnere non debueram, de suo dedit *διέσσυται παντὸς τοῦ σ.*; mihi codicis A. lectio recipienda videtur. Porro *ξυνθέει* pro *ξυντρέχει* se scribere adnotat ex Erotiani *συνθέειν· ξυντρέχειν*. At manifesto glossa Erotiani refertur ad locum e lib. de fractis p. 46. vs. 24.; quare ego vulgatam non tangendam esse iudico. Tum pro vulgato *τὰ σπλάγχνα τρομέουσι καὶ αἱ σάρκες*, in quibus A. L. V. praebent *ἐς τὰ σπλ.* dedit *ἐς τὰ σπλάγχνα, τρομέουσιν αἱ σάρκες καὶ πάλλονται*, postremum verbum desumens e loco de Intt. aff. p. 380. vs. 10., ubi carnes propter dolorem *πάλλεσθαι* dicuntur. Ex *αὖται μὲν οὖν αἱ ἄλλαι* (*ἄλαι* alii), quae verba ex A. exsulant, pulcre elicit *αὐτοῦ μὲν οὖν ἐάλη*; fortasse melius *ἑάλη*. Verba *καὶ φλεγμονὰς ἐμποιέει* asterisco notat et abiicere velle videtur, qua de re plane consentio. Iam vero *πάλλεσθαι* a scriptore dici mihi visum est de partibus sanguine nimium repletis, *τρομέειν* de partibus refrigeratis; neque credo eum haec promiscue usurpavisse. Quae in fine leguntur *οὐ γὰρ δύνανται πολλοῦ γενομένου ἀτρεμέειν* mihi suspecta sunt; puto esse scholion. Pariter mihi suspectum est, quod iis respondet in superioribus *τὸ γὰρ θερμὸν ἐξ αὐτῶν ἐκλέλοιπεν*. Nempe tum hoc tum illud plane otiosum esse dixerim. Itaque vide num legere oporteat: *τὸ αἷμα φοβεόμενον τὴν παροῦσαν φρίκην διαΐσσει διὰ παντὸς τοῦ σώματος καὶ ξυντρέχει ἐς τὰ θερμότατα· αὐτοῦ μὲν οὖν ἑάλη· καθαλλομένου δὲ τοῦ αἵματος ἐκ τῶν ἀκρωτηρίων ἐς τὰ σπλάγχνα, αἱ σάρκες τρομέουσι τὰ μὲν γὰρ τοῦ σώματος γίγνεται πολύαιμα, τὰ δὲ ἄναιμα· τὰ μὲν οὖν ἄναιμα διὰ τὴν ψύξιν οὐκ ἀτρεμέουσι· τὰ δὲ πολύαιμα διὰ τὸ πλῆθος τοῦ αἵματος πάλλονται.*

p. 130. vs. 23. *ξυνιστάμενον (τὸ πνεῦμα) ἐς ὕδωρ ἔρχεται* vulgo; *χεῖται* pro *ἔρχεται* A.; ego *τρέπεται* scripseram, Littr. A. sequitur. Reinh. exhibet *ἔργεται*, quod sane facile in *ἔρχεται* abire potest; itaque auctor voluisse putatur *τὸ πνεῦμα ἐς ὕδωρ ξυνιστάμενον* primum *ἔργεσθαι* in aquam conversum, dein *διελθεῖν διὰ τῶν πόρων.*

p. 131. vs. 15. *ὁκόσοισι μὲν ἂν εἰλεοὶ εἶεν ἢ ἕτερα ἀνειλήματα, ἀποστηρίγματα φυ-*

σέων εἶναι αἴτια ἅπασιν ἡγοῦμαι Φανερὸν εἶναι cum R. lego, una in re minuta ab eius ratione decedens; scilicet *ἕτερα* mihi servandum videtur.

p. 132. vs. 22. pro *τῇ δὲ Φ.* de coniectura dedit *καὶ γὰρ τῇ Φ.*, quod num praestet, dubito: habebimus ter *γάρ*, — in praecedente, in hac, et in sequente periodo.

Ibid. vs. antepenult. de suo *ἐνεργάζεται* pro simplice verbo dedit, quod recte factum esse opinor; sed minus placet *διαπνεόμενον* vs. seq., pro quo nunc etiam *ἀναπνεόμενον* legendum esse arbitror.

p. 133. vs. 2. dedit *κάτω ἰὸν κάτωθεν ἀνιόντι* recte sane; malim autem *κάτω ἰὸν τῷ κάτωθεν ἀνιόντι.*

Ibid vs. 9. *οὕτως ταύτῃ ῥέειν* praebuit, vulgatum *οὕτως* servans et *ταύτῃ*, quod A. pro *οὕτως* habet, simul recipiens. Ego, si *οὕτως* servaverim, alio loco intulerim et scripserim: *ὁκόταν οὖν ἐθισθῇ τὸ ῥεῦμα ταύτῃ ῥέειν καὶ οὕτω χαραδρωθέωσι οἱ πόροι.*

Ibid. vs. 11. vulgo *δριμὺ δὲ ἐὸν τὸ Φλέγμα προσπῖπτόν τε τῇ σαρκὶ ἑλκοῖ καὶ ἀναρρηγνύει τὰς Φλέβας.* R. dedit *προσπῖπτον δὲ τῇ σαρκὶ δριμὺ ἐὸν τὸ Φλέγμα ἑλκοῖ καὶ ἀναρρηγνύει τὰς Φλέβας.* Vix credo hoc vulgatae praestare: sentio Latine locum expositum esse, quasi auctor voluisset id, quod R. dedit; sed vulgata explicanda videtur *προσπῖπτόν τε τῇ σαρκὶ, ταύτην ἑλκοῖ καὶ ἀναρρ. τὰς Φλ.*, quam notionem perire credo in Reinholdi scriptura.

p. 135. vs. 2. Quare pro *ἔτι αἱ ἀποτακησόμεναι*, quod omnino in vulgata latet, praeferat *ἔτι αἳ ἀποτακείησαν ἄν*, non satis perspicio.

Ibid. vs. 5. *τοῦ μὲν οὖν ὕδρωπος εἴρηται τὸ αἴτιον· ἤδη δὲ ῥητέον ὡς αἱ ἀποπληξίαι καὶ αὗται γίγνονται διὰ τὰς Φύσας* scripsit. Nempe *ῥητέον* de suo intulit, ut *καὶ αὗται* vulgatae servaret, sed vel in ita scripto loco illud *καὶ αὗται* miro modo poni dixerim; requiras *ἤδη δὲ ῥητέον ὡς καὶ αἱ ἀποπλ. γίγνονται διὰ τὰς Φύσας.*

Ibid. vs. 9. Non dicam non recte scribi *καὶ πολλαὶ διεσδύνουσαι ἐμΦυσήσωσι τὰς σάρκας*, sed non latet hoc in tradita lectione.

Ibid. vs. 21. scripsit *ἡγεῦμαι δὲ ἔμπροσθεν μηδενὶ εἶναι μηδὲν ἄλλο τῶν ἐν τῷ σ. κ. τ. ἑ.* Nempe A. babet *ἡγ. δὲ οὐδεν ἔμπρ. οὐδενὶ εἶναι.* Nunc etiam quaero *ἔμπροσθεν* quid buc? significabitne ante morbi ingressionem? sed loquitur summatim de iis, qui epileptici fiunt, et de iis, qui nou fiunt. Malim nunc etiam *ἔμπροσθεν* in eum locum transferre, quorsum olim retuli. Quod autem dein pro *μᾶλλον* scribit *ἄλλο*, simul *ξυμβαλλόμενον* in *ξυμβαλλομένων* mutans, id fieri sane potest; iam vero e vulgato *ἂν ᾖ* effecit *ἀλλ' ᾗ*, quo facto aut supra *ἄλλο*, aut hoc loco *ἀλλ'* abundat.

p. 137. vs. 27. pro *διαλύονται* praetulit cod. A. scripturam *διαΦέρονται*, quam in *διαΦορέονται* mutat; quod cur fiat, non video, nam *διαΦέρονται* bene se babet.

p. 138. vs. 1. *Φαίνονται τοι οὖν* displicet; aut *οὖν* cum vulgata, aut *τοίνυν* cum A. legendum est. Sed recte coniunxit vulgatam cum codicis A. lectione in *μάλιστα πολυπραγμονοῦσαι, τούτων πολυτροπώτεραι αἴτιαι ἐοῦσαι.*

Finem scribendi nunc faciam in bisce:

In libello *περὶ ὄψιος*, vol. III. p. 281. mihi, locus est, quem cum edebam, non intelligebam. Vulgata lectio haec est:

Ὅταν δὲ ξύῃς βλέφαρα ὀφθαλμοῦ, ξύειν εἰρίῳ Μιλησίῳ οὔλῳ, καθαρῷ, περὶ ἄτρακτον περιειλῶν, αὐτὴν τὴν στεφάνην φυλασσόμενος, μὴ διακαύσῃς πρὸς τὸν χόνδρον, σημεῖον δὲ ὅταν ἀπόχρῃ τῆς ξύσιος, οὐκ ἔτι λαμπρὸν αἷμα ἐξέρχεται ἀλλὰ ἰχὼρ αἱματώδης, ἢ ὑδατώδης. Sichelius in ed. Littréi post *ξύειν* interposuit [*εἶτα καίειν*], quod tamen eo loco incongruum, nam habebis *ξύειν εἶτα καίειν εἰρίῳ Μιλησίῳ*; fiebat autem ustio ferramentis, non lana; vid. p. 280. vs. 4., unde simul discimus ustionem *ἔνδοθεν* fuisse factam, i. e. in coniunctiva palpebrali. Verum nunc videndum de nomine *στεφάνη*, quod plerisque est *iris*, Rufo vero Ephesio p. 24. *margo palpebrae*. Hoc autem significatu vocem usurpat scriptor noster e vulgata lectione ac monet cavendum esse, ne urendo marginem palpebrae penetres ad cartilaginem usque. Iam vero sentis mirum esse principio loci nullam ustionis factam esse mentionem. Possis credere *τὴν ξύσιν* et *τὴν καῦσιν* apud veteres chirurgos semper fuisse coniunctas; at p. 280. auctor: *ξύων*, inquit, *καί, ἢν δοκέῃ προσδέεσθαι, καὶ ἐπικαίων ἔνδοθεν*, unde patet antiquos *ξύσιν* solam et *ξύσιν* cum ustione usurpavisse. Aut igitur locus noster negligenter descriptus esse putandus est, aut emendandus. Si sumas negligentiam scriptoris in causa esse, saltem legendum erit: *Ὅταν δὲ ξύῃς βλέφαρα, ξύειν εἰρίῳ Μιλησίῳ οὔλῳ, καθαρῷ, περὶ ἄτρακτον περιειλῶν, αὐτὴν τὴν στεφάνην φυλασσόμενος, μὴ διακαύσῃς πρὸς τὸν χόνδρον· σημεῖον δὲ ὅτι ἀπόχρῃ τῆς ξύσιος, — οὐκ ἔτι λαμπρὸν αἷμα ἐξέρχεται, ἀλλὰ ἰχὼρ αἱματώδης ἢ ὑδατώδης.* — Sin sumas locum olim perspicue propositum fuisse, legi debere videtur ad hunc modum: *Ὅταν δὲ ξύῃς βλέφαρα [καὶ καίῃς], ξύειν εἰρίῳ Μιλησιῳ οὔλῳ, καθαρῷ, περὶ ἄτρακτον περιειλῶν, — [καίειν δὲ] αὐτὴν τὴν στεφάνην φυλασσόμενος, μὴ διακαύσῃς πρὸς τὸν χόνδρον· σημεῖον δὲ ὅτι ἀπόχρῃ τῆς ξύσιος, — οὐκ ἔτι λαμπρὸν αἷμα ἐξέρχεται, ἀλλὰ ἰχὼρ αἱματώδης, ἢ ὑδατώδης.*

Corrigas in Prorrh. II. p. 373. vs. 7. *ἀκρόπαθοι*, quod nescio quomodo me textum describentem fugit, quum tamen non ignorarem Heringae de illo loco adnotationem.

Haec hactenus!

Scripsi Groningae
mense Maio CIƆIƆCCCLXVII.

AD ARETAEUM.

Quae vol. III. editionis Hippocratis ad Aretaeum spectantia epimetro addidi vix typis erant mandata, cum accipiebam ab Reinholdo coniecturas ad eundem auctorem ab illo descriptas. Dolui tunc me eas non prius obtinuisse; sed quum nuper decreveram epimetrum continuare, ad Reinholdum scripsi atque ab eo veniam impetravi coniecturas illas edendi et quid mihi de iis videretur adponendi. Itaque iam manus ad opus admoveo et singulas describo simul adnotans quod operae pretium esse existimem. Paginae citantur a Reinholdo ex editione Traiectina. anni 1847.

p. 6. vs. 3. *σπασμὸς δὲ καὶ τάραχος τῶν αὐτέων ἔῃ* dedi cum Crasso, Petito; mss. habent *αἰτίων*. R. proponit *μυκτήρων*. Vereor ut *σπασμὸς καὶ τάραχος τῶν μυκτήρων* apte dicatur, neque vero in *αἰτίων* latet *μυκτήρων*. Nondum meliora novi quam quae dedi.

p. 12. vs. 17. *ἀπέθανον γὰρ πρὶν ἢ τὸν ἰητρὸν ἐπὶ τέχνῃ χρήσασθαι.* — R. non acquiescit in lectione tradita, sed pro *ἐπί* proponit *τῇ*. Mihi *ἐπί* sine casu recte se habere videtur.

Pag. 15. vs. penult. *καὶ πόνος Φλεβῶν, ὡς ἐπ' ἄνθρακος.* R. proponit *καὶ πόνος Φλέγων ὡς ἐπ' ἄνθρακος.* Me iudice felix est emendatio, quam futurus editor recipere debebit.

p. 16. vs. 1. pro *συνήΦθη τε ἂν καὶ πλατὺ ἕλκος ἐγένετο* requirit *συνήΦθη τε καὶ ἓν πλατὺ ἕλκος ἐγένετο.*

p. 17. vs. 4. *καὶ ἡ Συρίη μάλιστα κοίλη.* Recte requirit *καὶ ἡ Συρίη μάλιστα ἡ κοίλη*, vel *καὶ ἡ Συρίη μάλιστα Κοίλη.* Illud praetulerim.

p. 19. vs. 15. *καὶ ῥηϊδίως ἀναβήσσωσι λεῖα, ὁμαλὰ, ὑγρὰ, μὴ στρογγύλα* edidi, in quibus *μή* de meo adscripsi. — R. *ὁμαλά* uncinis intersepsit, *μή* non recipit; ad *στρογγ.* adscribit: „abgerundet = p. 32. *ἀφρώδες, στρογγύλον.*" Verum p. 32. de sanguine reiecto, non de muco, nec pure sermo est; de significatu adiectivi *στρογγύλος* sane non dissentimus. Quare *ὁμαλά* reiiciat, non liquet: ego *λεῖα* de superficie, *ὁμαλά* de materie aequabili, non e diversis mista intelligo, nec glossema esse credo *ὁμαλά* ad *λεῖα* adscriptum. De negatione addita alios alio modo sentire posse, intelligo; nondum tamen levia videntur argumenta, quibus in adn. coniecturam firmare conatus sum.

p. 32. vs. 6. Codicum lectio est: ἀλλὰ καὶ ἡ ἐν ξυνῷ ἀγγείῳ φθορὴ τῶν τοῦ θώρηκος ἀναγομένων ἄλλῃ· διαστήσαις ἂν τὰ ξυμμεμιγμένα ὡς ἐκ παραθέσιος ὡς ὄντα μέρεα θώρηκος· τὴν δὲ ἰδέην σαρκοείδεα δοκοίης ἂν πνεύμονος ἔμμεναι μέρεα. — R. proponit: ἀλλὰ καὶ εἰ [εἴη] ἐν ξυνῷ ἀγγείῳ, φθορῇ τῶν (ἀπὸ) τοῦ πνεύμονος ἄλλῃ διαστήσαις ἂν τὰ ξυμμεμιγμένα ἐκ παραθέσιος (comparatione) ὡς ὄντα μέρεα θώρηκος· τὰ δὲ (τὴν) ἰδέην κ. τ. ἑ. — Equidem quid in eiusmodi scriptura offendat, dicam: ἐκ παραθέσιος alio loco significare posse *comparatione*, non nego, sed nego hoc loco, ubi iungitur cum verbo διϊστάναι, id significare. Tum vero etiamsi sumas eum significatum, auctor ex lectione Reinholdi diceret dignosci particulas e pulmone reiectas, ab iis, quae a thorace prodeant, ἄλλῃ φθορῇ, i. e. alio putrefactionis modo; verum hoc non congruit cum seqq. τὰ δὲ τὴν ἰδέην σαρκοείδεα δοκοίης ἂν πνεύμονος ἔμμεναι μέρεα; nam adspectus ille carnosus in putrefactis perierit. Me iudice praestat τὰ δὲ τὴν ἰδέην σαρκοείδεα prae τὰ δὲ ἰδέην σαρκ., quod dederam; de ceteris dissentio. Dubitari posse de mea loci constitutione non ego negabo.

p. 34. Ad initium cap. III. interrogandi signum adponit voculis εὖγε ὅλως. Non video dubitandi causam.

p. 41. vs. 7. Pro ἀνελήφθη coniicit ἀνειλίχθη, vel ἀνειλήθη. Nihil mutandum videtur; cf. adnn. ad l. l.

p. 43. vs. 9. οὐδὲ ἔν τισι ἐς τὰ ἐπίκαιρα χωρία codd., ubi de meo τοῖσι dedi. R. vult οὐδὲ ἔνδυσι ἐς τὰ ἐ. χ. At ἔνδυσι nihil est; meum vero τοῖσι ineptum! Verbo aliquo opus esse recte perspexisse mihi videtur R., sed quale olim scriptum fuerit, frustra quaero; de ἐνίσταται cogitavi, eo sensu, quo ἐκεῖ ἐνίσταται, *ibi consistit*, dicitur. Alii videant! ἦν μὲν ἑτέρωθί πη φλεγμονὴ συστῇ legitur p. 222. vs. 3., unde fere οὐδὲ συνίσταται ἐς τὰ ἐ. χ. legeris.

p. 44. vs. 6. διάφραγμα καὶ ὁ ὑπεζωκώς scripsi, articulum de meo inferens, quem abesse mavult R.

p. 47. vs. 3. εὖτε πρώην καθ' ἓν καθὲν ἐκφανῆναι τὸ αἷμα libri. Equidem πρὶν ἢ dedi ex Coraïs coniectura et καθέν cum O., putans intransitive sumi. Coraes κάτωθεν voluit. Melius R. πρὶν ἢ κοθεν ἐκφανῆναι τὸ αἷμα, quod recipiendum videtur.

Ibid. vs. 9. dedi προσώπου ἐρύθημα ξὺν εὐχροίῃ, ubi mss. ἀχροίῃ, quod tuetur R. Provocat ad p. 91. vs. 10., ubi ὠχροὶ τὰ πρόσωπα πλὴν τῶν μήλων, τάδε γὰρ ἐρευθῆ (lege ἐρεύθει!) et ad Gal. XV. 904., ubi tamen ἰδίως δὲ καλοῦσιν ἀχρόους, τοὺς λειφαίμους potius pro meo εὐχροίῃ militare dixerim. Equidem nunc etiam defendo id, quod dedi, sequente ὑπέρυθροι δὲ τὸ ξύμπαν σῶμα.

Eadem pag. vs. 10. seqq. ordinem dictorum mutatum cupit, ita ut vs. 13. seqq. ὡς τῆς ἐπὶ τοῦ παντὸς — κονδύλοισι (vs. penult.) inferantur post ὑπέρυθροι δὲ τὸ ξύμπαν σῶμα. Concederem fortasse, si debitus nexus rerum ex nostri doctrina perturbaretur. Sed est omnino nexus inter inflammationem magnae arteriae, quae in pulsatione apparet, et τὴν ἐπὶ τῷ παντὶ διαπνοήν. Vid. p. XXVI. prolegomenorum. Itaque nihil de sede sua movendum videtur.

p. 60. vs. penult. Codd. ἐπὶ γυναικῶν μὲν γὰρ αὐτέων καὶ ὑστέρων φλεγμονὰς ἀναπιέζει· ἐπ' ἀνδρῶν δὲ τὸ ἔσχατον τὸ εὐθὺ τὸ παράμηκες ἔντερον. R. proponit ἐπὶ γυναικῶν μὲν γὰρ αὐτέην αὐχὴν ὑστέρης ἀναπιέζει· ἐπ' ἀνδρῶν δὲ τὸ ἔσχατον ἔντερον. Quare αὐχήν, cuius in mss. lectione vestigium nullum, introduci debeat, non video, nec credo τὸ

παράμηκες esse insiticium; cf. adnn. Ego si iterum locum ederem, unum quid in mea lectione mutarem; non *ἂν πιέζει* darem, sed *ἀναπιέζει* servarem.

p. 52. vs. 4. *ἐμπίπραται ἡ κύστις καὶ ἡ ξύμπασα κοιλίη βιαιοτέρη καὶ πάντα κακίω κ. τ. ἑ.* R. requirit *ἐμπίπραται ἡ κύστις καὶ ἡ ξύμπασα κοιλίη καὶ βιαιότερα πάντα καὶ κακίω, κ. τ. ἑ.* Emendatio sine dubio recipienda erit!

p. 55. vs. 9. Pro *κεκαμμένοι* de oculis dicto proponit: „*κεκομμένοι* (fatigati)." Non credo admitti posse coniecturam; si quid aliud quam *κεκαμμένοι*, quod nunc etiam mirum mihi obvenit, dandum sit, erit *κεκινημένοι*; requiritur aliquid quod opponatur *τῷ ἀτενέϊ*.

p. 62. vs. 12. R. desiderat *τισὶ δὲ καὶ τὰ δεξιὰ μοῦνον, ἢ τὰ λαιὰ μοῦνον, κρόταφος, ἢ ὦς, ἢ καὶ ὀφρὺς μία, ἢ ὀφθαλμὸς εἷς μέσφι μέσου, ἐς ὅσον ὅρον ἡ ῥὶς ἐς ἴσα τέμνει* [*τὸ*] *μέτωπον·* — In his *ἐς ὅσον ὅρον ἡ ῥὶς ἐς ἴσα τέμνει τὸ πρόσωπον* parum aptum videtur; nec probabile est in codicum lectione *μοῦνον* latere *μέτωπον*. Hic locus nondum expeditus est, nam quod ipse dedi satisfacere perito lectori non posse, probe sentio, sed meliora non novi!

p. 63. vs. ult. *ἢ οἷον ἄνεμος* [*εἴ*] *ἱστίοισι ἐγκοναβέοι* proponit. Nempe quo tempore haec ad me scripsit, nondum nota illi esse potuit Adamsii emendatio *ἢ οἷον ἄνεμος ἱστίοισι ἐμβρέμεται*, de qua dixi p. CXXXIV. vol. III., et in qua illum quoque iam acquiescere opinor.

p. 68. vs. 5. *καὶ διεξίει χολὴ ἄνωθεν ἢ κάτωθεν μ ε λ α γ χ ο λ ῆ σ ι ν* mss. De meo *μελαγχολῶσι* scripsi. R. proponit *μελαγχροιής*, quam vocem novimus ex Odyss. XVI. 165., ubi de eo, qui nigra cute est, usurpatur; quare de bile vix apte dici putaverim.

p. 71. vs. 5. *διάλειψις δὲ ἀτελὴς ἢν τῷ τῆς μανίης λόγῳ γίγνηται, οὐκ εἰκότως ἀκεομένου τοῦ κακοῦ κ. τ. ἑ.* codd. — R. coniicit *διάλειψις δὲ ἀτελεῖ ἴησι τοῦ τῆς μανίης λόγου γίγνεται, οὐκ εἰκότως κ. τ. ἑ.* Sed *ἰήσιος ἀτελέος* mentionem factam fuisse in priore membro, cum *οὐκ εἰκότως ἀκεομένου τοῦ κακοῦ* sequitur, non est probabile. Equidem si iterum locum ederem, e mea lectione *ἂν* abiecerim!

p. 72. vs. 11. *ἐδεδίει γάρ τις ληκύθων ἔκπτωσιν.* Scribit ad me R.: „* . . . . *ληκύθων ἔκπτωσιν*, ampullarum calamitatem· *ἐφοβεῖτο δηλονότι μὴ καταγῇ ὡς λήκυθος.*" — Suspicio sane probabilis de loci sensu, sed e textus verbis eam deducere mihi non contingit!

p. 73. vs. 5. *εἶτα ἐπῆγε ὤμω ἐξιών* libri, ubi *τώ* praemisi nomini, credens *ἐπάγειν τὼ ὤμω* dici de humeris sursum adductis, uti aliquid timentes facere solent. R. proponit *εἶτα ἐπῆγε οἰμώσσων*, quod tamen quid significet, parum apertum. Vere autem emendavit R. seqq., legens *ἐπεὶ δὲ ἀπέλθοι* et *κεῖ παλινδρομήσειε*. Sed quod ex *ἀμβολή* vs. 8., secundum codd. lectionem, efficit *ἀντιβολή*, minus placet quam Petiti *ξυμβολή*. — Possitne in illis, de quibus primum vidimus, legi: *εἶτα ἐπώμωζε ἅμα ἐξιών*, vel *ἤδη ἐξιών*. Certum est illud *ἐπῆγεν ὤμω* vitiosum esse.

p. 74. vs. 2. *ἐπ' ἐνίοισι γὰρ ἔασιν ἰδίῃ ἦχοι ὤτων*, ubi *ἰδίῃ* ex *δῄ*, quod exhibui, natum dixi, R. proponit *δεινοί*. Primum hoc non latet in tradita lectione, tum vero neque satis congruum in rerum propositarum nexu, propter seqq.

p. 77. vs. 14. *οὐ κάρτα ῥηϊδίως* codd., unde *οὐ γὰρ ῥ.* dederam; R. proponit *οὐ γάρ τοι ῥ.* —; per me licet!

p. 78. vs. 1. *ἴσχει δὲ καὶ ἐξ ἑωυτέων καὶ ἔλασσον* libri, ubi de meo *ἀλλ' ἔλασσον* dedi; R. *εἰ καὶ ἔλασσον*, qua ratione *καί* servatur.

Ibid. vs. 7. coniicit: *ἄλλοτε δὲ κυλλὰ γίγνεται, οὐδὲ ἐς μῆκος ἀποτείνεται, [εὖτε] βραχύτερα ἑωυτῶν φαίνεται· εἰ δὲ καὶ ἐκτανύσαι βίῃ τις, ὅκως (ξύλα ἢ) κᾶλα κατάξαι ἂν τὰ μέλεα*, — quae loci emendatio multum arridet, ita ut recipiendam censeam.

p. 79. vs. 10. pro *οὐ κακίων ἡ ἀπονίη* requirit *οὐ κάκιον ἡ ἀπονίη*. Plane consentio.

p. 83. vs. 2. pro lectione *ἥτις ἐν τῇσι κορυφῇσι πεπιλημένη εἵνεκεν αὐτῶν*, quam dedi, vocem notatam de meo substituens mss. lectioni *πεπλησμένη*, vult: *ἡ τῇσι κορυφῇσι πεπλασμένη εἵνεκεν αὐτῶν*, quod mihi non praeplacet prae eo, quod exhibui.

Ibid. vs. 5. codd.: *γνάθων τὰ λεπτὰ ποιεῖ ὀδοῦσι προσιζάνειν μειδιῶσί ἴκελοι.* R. vult *γνάθων τὰ λεπτὰ ἐπειὴ τοῖσι ὀδοῦσι προσιζάνει, μειδιῶσι ἴκελοι.* Primum *ἐπειή* apud Aretaeum legi non memini, sed *ἐπεί*; tum vero in ΠΟΙЄΙ non id latet, sed TOICI; itaque praestat me iudice, quod ipse dedi, in quo, si *ἴκελοι* servare lubeat, possis interpungere: *γνάθων τὰ λεπτὰ τοῖσι ὀδοῦσι προσιζάνει· μειδιῶσι ἴκελοι· πάντα κ. τ. ἑ.* Nec tamen hoc praefero prae olim editis.

p. 84. vs. 1. mss. ferunt: *ἄρθρα ἐναργῆ ἔξαρθρα, ἀσαρκώδεα καὶ ἡ κνήμη ἰσχίον τε καὶ βραχίων· ὑπερίσχει γὰρ ἡ ἄκανθα ἡ πρόσθεν κοίλη κ. τ. ἑ.* Ex quibus *ἐναργῆ* pro glossemate expulit Wigg. Ipse *ἄσαρκα* scripsi et *ἰσχίον τε καὶ ἡ κνήμη*; denique *γάρ* sustuli. — R. non *ἄσαρκα*, sed *ἀσαρκότερα* proponit, *ἡ* ante *κνήμη* tollit et de suo post *καὶ βραχίων* infert *καὶ ῥάχις*, ut *γάρ* servare possit. Potest sane ad eum modum locus describi.

Ibid. vs. 6. codd.: *παιδία ξυνεχῶς τῇ βήσσῃ μέχρι φθόης κοτὲ ῥηϊδίως ὑγιάζεται.* R. vult: *παιδία ξυνεχῶς, [καί] τοι βήσσει μέχρι φθόης κοτὲ, ῥηϊδίως ὑγιάζεται.* Equidem dederam *ξυνεχῶς τε βήσσει καί κοτε ῥ. ὑγ.*, quod nunc etiam praeplacet prae Reinholdi oratione decursu sane haud facili.

Ibid. vs. antepenult. libri: *οἷσι δὲ ἐν τῇσι κοιλίῃσι τοῦ ἀνθρώπου κατ' ἴξιν τοῦ θώρηκος, ἢ τὰ κάτω ὑπὸ τὸ διάφραγμα πύου ἀποστάσιες γίγνονται.* Dederam *οἷσι ἐν τῇσι κοιλίῃσι τὰ ἄνω, κατ' ἴξιν τοῦ θώρηκος, ἢ τὰ κάτω ὑπὸ τὸ δ κ. τ. ἑ.* R. in his mavult *ἤ τοι ἄνω — ἢ καὶ κάτω.* Equidem *τὰ κάτω* firmum esse opinatus *τὰ ἄνω* dedi; possis sane etiam *τῇσι ἄνω — ἢ τῇσι κάτω* scribere!

p. 85. vs. 1. Post *ἣν ἐκδέχεται φθόη* R. insertum cupit locum e vs. antepenultimo paginae *φθίσιν ἔλεξα πρόσθεν ἑτέραν ἔμμεναι ξυμβεβῶσαν κατὰ φύσιν*; tum pergit legere: *ἢ [ἐν] ὑπεζωκότι ἐν πλευρῷ κ. τ. ἑ.* Infra vero eadem pag. vs. 16. mss. ferunt *κἢν μὲν εἴσω ῥέπῃ αἱ πλευραὶ τὰ ὀστέα κατὰ χώρην τὴν σφῶν αὐτῶν κ. τ. ἑ.*, unde *τὰ ὀστέα* expuli. Reinholdus contra *αἱ πλευραί* reiicit et uno tenore legit: *κἢν μὲν εἴσω ῥέπῃ τὰ ὀστέα ἕστηκε κατὰ χώρην τὴν σφῶν αὐτῶν· ἢν δὲ ἔξω ῥέπῃ κ. τ. ἑ.* Mihi primum non constat cur verba illa, de qnibus primum dixi, transferenda sint; nempe non video cur illo loco potius poni debeant quam quo in tradita lectione describuntur. Tum vero licet inferens *ἕστηκε, μίμνει*, vel *μίμνουσι* expulsisque ceteris periodum paginae penultimam cum postrema paginae coniungere possis, minime constat potius inde eiicienda illa esse quam lacunam notari oportere. Mihi viri eruditissimi ratio haec potius temeraria dicenda quam probanda videtur.

p. 89. vs. 7. *καὶ τὸν ἐμπυϊκῶν τρόπον* vulgo; praefert R. lectionem *ἐμπυϊκόν*; iure, ut opinor.

Ibid. vs. 11. ad *καὶ εὐρυτέρων τῆς ὑγρασίης δέονται*, interrogandi signum adponit R. Non videtur aliud quid Aretaeus scripsisse; sin interpretationem quaeras, non difficilis videtur: nempe et humorem et aërem continere debebunt *τὰ στήθεα*; itaque debent esse *εὐρύτερα τῆς ὑγρασίης*. Possis fortasse velle *καὶ εὐρυτέρων τῆς ὑγρασίης αὐξανομένης αἰεὶ δέονται*; sed non video Aretaeum dare non potuisse quod mss. ferunt.

p. 90. vs. 5. *οὔκοτε ἐς πολλὸν ἂν διαρκέσειε* vel *οὔκοτε ἐς πολλὸν διαρκέσει* desiderat; vere!

p. 94. vs. 2. *ὄγκος ὑπὸ τιτθῇσι ἢ πλευρῇσι* codd.; R. proponit *ὄγκος ὕπεστι τῇσι πλευρῇσι*. Mihi de vitio in vulgata non constat.

Ibid. eodem vs. *ἀλλ' ἣν μὲν ᾗ ὑπὸ τὰς νόθας [ὁ] ὄγκος ὀδυνῇ πιεζεύμενος, τὸ ἧπαρ οἰδέει .... ἢν δὲ μὴ ὑπὸ τὸ ὀστέον μίμνωσι αἱ ὀδύναι, τοῦ ὑμένος τὸ σημεῖον* proposuit R. — Possis ita locum describere, sed non multum proficies ad perspicuitatem, neo multo propius accedes ad traditam lectionem; nam *οἰδέει* natum esse ex *αἱ ὀδύναι* parum probabile est; *μίμνωσι* vero haud ita firmum mihi videtur, ut reiicere non liceat.

p. 95. vs. 8. R. legit: *ἢν δὲ ἅπαντα ξυνδιδῷ, πῦον λευκὸν, λεῖον, ὁμαλὸν, ἄνοσμον γ' ἄρα ἐκρέῃ, πέπτῃ δὲ τὰ σιτία ἡ γαστὴρ, εὔελπις ὥνθρωπος*. Cum qua lectione summatim consentio; ego tamen *γάρ* abiicere malim quam pro eo *γ' ἄρα* scribere; tum malim *διεκρέῃ* quam *ἐκρέῃ*.

p. 98. vs. 1. recte *ὑπαναίσθητον* requirit; vulgatam in adn. defendere non debueram.

p. 100. vs. 8. *οὐ τὴν ἀκαθαρσίην ἐπιοῦσαν οὐ δέχεται ὁ σπλὴν* R. recte pro *ἐοῦσαν* legens *ἐπιοῦσαν*.

p. 104. vs. 7. *ἢν μὲν ἐπὶ σπλάγχνῳ* libri, ubi de meo *γάρ* pro *μέν* scripsi; R. mavult *μὲν γάρ*. Per me licet.

p. 106. vs. 1. *ἐξανέργαστον* relictum est; vere monet R. esse debere *ἀνεξέργαστον*.

p. 109. vs. antepenult. Vult *ἤδε [ἡ] ἐς τὸ ὕδωρ ξυντήκουσα ἕξις κ. τ. ἑ.* Mihi *ἤδε* parum apte poni videtur; malim *ἡδὲ ἡ ἐς τὸ ὕ. ξ. ἑ. κ. τ. ἑ.* —; seu potius haec sola vera scriptura loci erit.

p. 110. vs. 1. codd.: *ἰδέαι δὲ πλεῦναι, ἧς ἀτὰρ κ. τ. ἑ.* Dederam cum Scalig. *ἰδέαι δὲ πλεῦνες, ἀτὰρ κ. τ. ἑ.* R. vult *ἰδέαι δὲ πλεῦνες εἰσι, ἀτάρ κ. τ. ἑ.* Putat in *ἧς* vestigium esse verbi *εἰσί*.

p. 113. vs. 16. cum plerisque mss. dedi *διὰ τόδε οὐδὲ νῦν γράφω*; vulgo editur *διὰ τόδε νῦν οὐδὲν γράφω*; R. vult *διὰ τόδε νῦν οὐδὲ γράφω*.

p. 119. vs. 4. *προσεξεχύθη κοτὲ καὶ πρὸς τῷ οὔρῳ αἷμα ἀναδορῇ τοῦ πόρου* recte R.

p. 120. vs. 3. *παιδίοισι δὲ πολλὸν ὑπὸ τοῦ αἵματος τὸ ἰλυῶδες ἑψηθὲν, ὅκως [ὑπὸ] πυρὸς, γενέσιος [πώρου] αἰτίῃ ἐν ἕδρῃ ἴσχει* proponit R. Mihi eius ratio non arridet. In adn. plura scripsi, quae non defendam. Omnibus perpensis vellem: *παιδίοισι δὲ πολλὸν ὑπὸ τοῦ αἵματος τὸ ἰλυῶδες ἑψηθὲν γενέσιος ὅκωσπερ τὴν ἕδρην ἴσχει*. Non intelligo postrema Reinholdi *γενέσιος — ἴσχει*.

p. 123. vs. penult. R. *πῦον δὲ ἀλὲς, παχὺ, ... ἐκδιδοῖ, [εὖτε] εὐήθεα τὰ ....*

Et quod ex ἀλλ' ἐς elicit ἀλές, certa emendatio est; malim tamen πῦον δὲ ἀλὲς, παχὺ, λευκὸν, μὴ κάκοδμον εἰ ἐκδιδοῖ, εὐήθεα τὰ ἀπὸ τῶνδε ἕλκεα.

p. 128. vs. 4. καὶ ὑπ' ἐννοίης κοῦφοι vulgata, ubi cum aliis κωφοί dedi. R. coniicit κυφοί, quod fortasse alicui arrideat, quia sequitur ψυχὴν δὲ ἀμειδέες, ἀμείλιχοι, ita ut quod proxime antecedit ad corpus referendum videri possit. Praefero tamen κωφοί.

p. 134. vs. 8. ἀπελύθη κοτὲ καὶ εὔμηκες ἄρρηκτον κατὰ [τὰ] πλεῦνα ὅκως κ. τ. ἑ. coniicit R. Non apparet causa cur τὰ inferatur; ἄρρηκτον in hac re parum congruum videtur; contra nihil est quod offendit in ἄκριτον κατὰ πλεῦνα me iudice.

Ibid. vs. ult. οὐδὲ γὰρ ἡ πίστις αἵματος ἔκκρισις. Reinholdi emendatio οὐ δὴ γὰρ ἄπιστος αἵματος ἔκκρισις recipienda erit, nisi οὐ γὰρ δὴ ἄ. malis.

p. 138. vs. 2. R. legendum esse opinatur: ἄκρατον (s. ἄκρητον) δὲ ὑπ' ἀσθενείης ἐῇ s. ἐᾷ. Obstat me iudice antecedens ἀναΐσσῃ, quod intransitivum est et cuius subiectum ἡ τροφή esse debebit.

p. 141. vs. ult. codd.: δοιαὶ γὰρ αἴσχιες μοῦναι ἐπηλλαγμέναι χιτῶνες (μόνοι ἀπηλλαγμένοι χιτῶνες alii). — Pulchre R. elicit: δοιοὶ γὰρ ἐς χιέσμὸν [ἀλλήλοισι] ἐπηλλαγμένοι χιτῶνες. Quin ne ἀλλήλοισι quidem addito opus esse videtur: confidenter legerim δοιοὶ γὰρ ἐς χιεσμὸν ἐπηλλαγμένοι χιτῶνες.

p. 144. vs. 1. coniicitur τουτέῳ ὧν ἐξ ἑωυτέης πονέει ἡ θέρμη, [ἢ] καὶ ἐκ τῆς κατὰ αἴσθησιν ἔσωθεν ἐγείρεται ὥσιος· φύσιος δὲ ἔτι ἐς μέζω περιιούσης τὰ ἄλγεα. Video quidem illum ἢ περιουσίης, quod pro glossemate ad φύσιος τῆς ἐς μέζω expulseram, servare velle, sed mihi nunc etiam nihil nisi glossema in textum receptum esse videtur; itaque nunc dissentio ab R. Num vero τούτῳ ὧν principio legendum sit, valde dubito, τοῦτο apte erit accusativus rei a πονέειν pendens.

p. 152. vs. 9. οὐκ ἐς πολλὸν δὲ καὶ ἕδρα δηλοῖ codd., ubi δήλη de meo dedi, ἕδρα autem dici putabam de plena morbi confirmatione; obversabatur ob mentem ἐν ἕδρῃ ἵζει ἡ μελαγχολίη p. 256. 17. — R. proponit οὐκ ἐς πολλὸν δὲ καὶ ἕτερα δηλοῖ. Coniectura non displicet.

p. 161. vs. 2. πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἀμφαιρέουσι (ἀφαιρέουσι alii) τινὰ ψευδέα ἰνδάλματα codd. Pro corrupto verbo ἀμφαιρέουσι dedi παμφαίνουσι, quam leotionem certam esse haud affirmo. R. proponit ἀμφέρουσι, i. e. ἀναφέρουσι; me iudice plane incongruum hoc; intransitivo ἀναφέρειν locus non est; transitivum igitur? Sed quid erit subiectum? τοιχογραφίη? Sequi debebit ἀναφέρει, non ἀναφέρουσι; quin ipsum ἀναφέρει sensu parum congruo poneretur. — Displicet Reinholdi coniectura; non plane satisfacit mea ipsi mihi; λαβέτω δὲ καὶ ἄλλος.

p. 161. vs. 16. μὴ διόλλυται τῆς τροφῆς ἡ ἐγκαιρίη mss.; R. διόλῃται scriptum cupit; equidem διολλύηται dederam. Praestat aoristum dare.

p. 172. vs. ult. πρήσσει δὲ θέρμῃ προσηνεῖ τάδε καὶ τῆδε καὶ τῶν ἄλλων πταρμικῶν κρέσσον. Pro τάδε R. desiderat τὰ τοιάδε; quod scribi sane potest, sed quare τάδε constare non possit, non satis apparet.

p. 174. vs. 1. libri: δριμὺ δὲ τὸ ἐπίπλασμα καὶ ὠκέως ἐρυθήματα ἐντεῦξον, ὠκέως δὲ οἰδαλεηθημέναι· εἰ κίνδυνος δὲ φλυκταινώσιος καὶ τρωμάτων, ξυνεχέως ἐπαίρειν τὸ

ἐπίπλασμα κ. τ. ἑ. R. in his legit: καὶ ὠκέως ἐρυθήματα ἐντεῦξον οἰδαλέα ἰδὺ γιγνόμενα· αἰεὶ δὲ κίνδυνος φλυκταινώσιος καὶ τρωμάτων· ξυνεχέως [ὦν] ἐπαίρειν κ. τ. ἑ. — Non dicam non speciose ista esse reperta; sed tamen non ab omni parte satisfaciunt. Num in tradito textu ὠκέως δέ sit insiticium, dubium; οἰδαλέα ἰδὺ γιγνόμενα non facile deducitur ex οἰδαλεηθήμεναι; et ipsum illud ἰδὺ οἰδαλέον γίγνεσθαι non magnam per se mihi facit fidem. — Mihi locus nondum ad pristinam lectionem restitutus videtur. Quod ipse dedi οἰδαλέα θέμενον, vel propter medium male se habet. Postrema αἰεὶ δὲ κ. τ. ἑ. omnino placent in Reinholdi lectione. Mihi in corrupta voce οἰδαλέα θέμεναι latere videtur, sed hoc cum vicinis coniungi nequit, nisi aliquid excidisse statuas. Possitne legi: δριμὺ δὲ τὸ ἐπίπλασμα καὶ ὠκέως ἐρυθήματα ἐντεῦξον, ὠκέως δὲ [δυνάμενον] οἰδαλέα θέμεναι· αἰεὶ δὲ κίνδυνος φλυκταινώσιος καὶ τρωμάτων· ξυνεχέως [ὦν] ἐπαίρειν τὸ ἐπίπλασμα καθορέοντα μή τι τούτων ξυμβῇ?

p. 177. vs. 17. probat coniecturam, quam in adn. protuli, ἢν δὲ καὶ ναυτίη μιν ἔλῃ. Idemque facit p. 179. 4. ubi item vult: πολλὸν δὲ τούτων φαρμακείη ποικιλωτέρη καὶ πλέων ἤδη λέλεκται.

p. 182. vs. 3. φύσας δὲ διεξίουσι (διεξίουσαι cod. Angl.) τῆσδε τῆς νούσου παῖδες (παιδίοισι cod. Angl. et Par. unus) tradita scriptura est. — R. proponit: φῦσαι δὴ [μὴ] διεξιοῦσαι τῆσδε τῆς νούσου πέδαι εἰσι. Non mihi nota sunt exempla eiusmodi dictionis; neque omnino probare possum coniecturam viri eruditissimi. Quod ipse dedi non magis satisfacit. Possis e cod. Anglico fortasse deducere: φῦσαι δὲ διεξιοῦσαι [ἐπὶ] τῆσδε τῆς νούσου παιδίοισι, [ἀγαθόν.]

p. 186. vs. 10. requirit ἀπὸ τῶν παρισθμίων τε καὶ τοῦ θώρηκος, nempe τοῦ abest e vulg.; consentio.

p. 187. vs. 12. desiderat χυλῷ μόρων, ἢ ῥόων ὕδατι λεανθέντων. Codd. ferunt ῥοιῶν, R. proponit ῥόων provocans ad Gal. in Exeg. voce ῥόα, cum quo confer Diosc. I. 180. — Ego cum R. consentio, cuius lectione difficultates omnes, de quibus in adn. dixi, tolluntur.

Ibid. vs. 14. ἢν δὲ ἕλκεα [ἔῃ] ἐσχαρέων πτῶσι vult. R., ubi libri ἢν δὲ ἕλκεα ἐσχαρέων ἔωσι. Malim nunc etiam ἢν δὲ ἕλκεα ἐξ ἐσχαρέων ἔωσι, κ. τ. ἑ. In R. lectione saltem ἐκπτῶσι dandum esset; tum vel sic ἕλκεά ἐστι ἐσχαρέων ἐκπτῶσι non satis apte dici videtur pro oratione nitida nostri; pro εἶναι saltem γίγνεσθαι vellem.

p. 191. vs. 16. vult καὶ ἔριον θέντα μαλθακὸν ξὺν ἀλείφατι θερμῷ μετὰ πηγάνου ἢ ἀνήθου ἀφεψήματος. Cf. adn. nostra et indicem in εἴρια.

p. 192. vs. 13. δευτέρην δὲ χώρην ἔχουσι οἱ χόνδροι ὀλίγοισι τοῖσι πτισάνης ἀγαθοὶ καὶ ἄριστοι ἐόντες librorum est lectio. R. vero proponit: . . . οἱ χόνδροι, ὀλίγῳ ἧσσον τῆς πτισάνης ἀγαθοί, καὶ ἄριστοι ἐόντες. Mihi haec parum placent; illud καὶ ἄριστοι ἐόντες fere abundat in illa loci scriptura. Nondum melius quid reperi quam quod exhibui.

Ibidem vs. penult. Adnotavit * . . . κακίων δὲ ἐπ' αὐτῶν =; His deterior —; — Non satis eum intelligo: ἐπ' αὐτῶν est ἐπὶ τῶν πλευριτικῶν: „His" mihi est dativus.

p. 196. vs. 9. pro ἐς ἂν ἔκλειγμα φυρῇν requirit ὡς ἂν ἑ. φ. — Consentio.

p. 201. vs. 15. νίτρῳ ἢ ῥητίνῃ τῇ τῆς τερμίνθου recte emendat.

p. 203. vs. ult. pro τάμνειν desiderat τάμνουσι, quod recipere oportebit.

p. 205. vs. 9. ἢ εἴρια τὰ πινοέντα, ἢ σπόγγοι ἐμβραχὺ δευθέντες ὄξεϊ coniicit. Mihi ἐμβραχύ non praestare videtur prae mss. plerorumque scriptura ἐς βραχύ. Recte vero οἱ ante σπόγγοι omisit. Ego ὄξεος scribere non debueram. Lego nunc: ἢ σπόγγοι ἐς βραχὺ δευθέντες ὄξεϊ.

p. 205. vs. 13. R. κηρωτῇ ἢ μύρῳ ῥοδίνῳ mavult. Non adversor!

p. 206. vs. 1. Pro Petiti emendatione δευθέν proponit κοθέν, *alicunde*. Mihi non praestare videtur prae Petiti correctione, quae loco pseudo-Hipp. firmatur.

Ibid. vs. 8. et p. 207. vs. 11. mavult κεράτων quam κερατίων. Per me licet.

Ibid. vs. 10. οὐ μὴν Φαρμακείῃ γε vere emendare videtur.

p. 208. vs. 1. ποικίλαι δὲ καὶ αἱ χρήσιες legit, utrumque καί et αἱ recipiens. Recte!

Ibid. vs. 10. proponit: καὶ γὰρ καὶ τὰ ποικίλα ἦκα ἀηδέα ἐπὶ χρονίων γίγνεται. Verum Homericum ἦκα apud Aretaeum non legere me memini; nec vero eiusmodi quid latet in corrupta mss. lectione. Nondum reperi meliora iis, quae in textu descripsi.

p. 209. vs. penult.: ἦν δὲ πρήσῃ μὲν, ἴσχηται δὲ τὸ αἷμα dedi, ubi libri πρήσηται et πρήσσηται; cf. adnn. — R. ἦν δὲ παρήσηται μὲν, ἴσχηται δέ proponit adnotans „Aorist. τοῦ παρίεμαι, *debilitor*." — Non credo eiusmodi quid velle scriptorem; sed sentio dubitari posse de iis, quae ante viginti annos certa mihi videbantur et quibus meliora nondum novi.

p. 210. vs. 2. mss.: πιηρόν, ubi στερέον dederam, R. vult παγώτερον. Mihi vero Adamsius rem hic nobis restituisse videtur. Cf. vol. III. Hipp. p. cxxxvi.

Ibidem initio cap. 3. μέλλουσαν μὲν γὰρ ἦν προγιγνώσκῃς, — ἀτὰρ ἤδε [πρὸς] τὰ παρεόντα ἐπεσσυμένως ξυνεργάζῃαι, — ἐξελάσαις κ. τ. ἑ. Horum nihil probandum videtur. De vera Adamsii emendatione vid. Hipp. vol. III. p. cxxxvi.

p. 213. vs. 12. κἢν στερεὰ ᾖ, ὀλισθηρὰ ἔσεσθαι γιγνέσθω mss., unde ἔσεσθαι eieci. R. in eo ἔς τι latere putat, quod fieri posse non nego.

p. 214. vs. 7. καὶ οἶνος ἐὼν ξυνήθης ἔῃ, unde effeceram καὶ οἶνος ὢν ξυνήθης εἰ εἴη. — R. proponit καὶ οἶνος ᾧ ἂν ξυνήθης ἔῃ. — Propius etiam ad traditum textum accedes, si legas: καὶ οἶνος ἐὰν ξυνήθης ἔῃ, κ. τ. ἑ.

p. 215. ad notulam ad vs. 2., ubi dixi „minus tamen intelligo quid sit ἐς Φύρησιν ξυντεθείς" adscripsit quae sequuntur: ἵνα χρησιμεύσῃ ὡς ζύμη ἐπὶ τῆς ἄρτου Φυρήσεως. Ignorabam istum ompbaoü usum.

Eadem p. vs. 5. desiderat ἤτω δὲ καὶ πρὸς ἄρκτον ὁ οἶκος. Quod attinet ad sensum consentio; nolim tamen ἤτω de coniectura apud Aret. inferre, legam ἔστω δὲ καὶ πρὸς ἄρκτον ὁ οἶκος.

p. 218. vs. 9. requirit χυθέντι pro χυθείς. Credo illi obtemperandum esse.

p. 219. vs. 16. pro ἀναίρῃ requirit Tarini coniecturam ἀναρρέῃ. Loco rursus inspecto video omnino ἀναρρέειν voluisse Aretaeum; — ἀναιρῇ, ἀναίρῃ absurda sunt, quorum nullum intransitivum esse possit. — Sed quod deinde R. pro mss. leotione καὶ τὰ ἄκρα ἀδικῇ vult καὶ τὰ ἄκρα διακαίῃ, parum placet, neque enim διακαίειν congruum est cum isto rerum nexu. Quare lego θέρμη δὲ πάντῃ ἀναρρέῃ καὶ ἐς τὰ ἄκρα ἀΦίκῃ κ. τ. ἑ.

p. 221. vs. 4. lege ξυμΦέρει.

Ibidem. vs. 10. ex additamento, quod post κογχαρίων in mss. quibusdam habetur,

τῶν ἐχόντων μὲν κάλλος, (cf. adnn.) R. efficere vult *ἐχίνων* (*τῶν μεγάλων*), ita ut *ἐχίνων* solum in textum inferendum putet. Mihi non persuadet.

Ibid. vs. 11. mss. *ἔχειν ὧδε κύμινον κ. τ. ἑ.*, ubi de meo *ξυνέψειν τῷδε κύμινον* dedi, R. vult *ἐγχέειν ἠδὲ κύμινον*. Quomodo *ἠδέ* requirat, non intelligo; *ἐγχέειν* eum velle ut propius ad codicum *ἔχειν* accedat, omnes intelligimus. Legerim *ἐγχέειν τῷδε κύμινον. κ. τ. ἑ.*

p. 222. vs. 13. *στηριχθέντα* ex Wiggani coniectura dedi, qui etiam *σταθέντα* proposuit; — *συστάντα* s. *ξυστάντα* vult R. —; non inepte sane; num prae Wiggani *στηριχθέντα* praestet, non discerno.

p. 225. vs. penult. pro *ἢν οὗτος ὑπεκκαυθῇ* vult *ἵνα οὗτος ὑπεκκαυθῇ*. Dissentio; neque enim puto intelligi posse.

p. 230. vs. 7. R. legit: *καὶ γὰρ προπετεστέρη τῷ βρίθεϊ καὶ τῷ ὄγκῳ τοῦ αὐχένος γίγνεται· ἡ γὰρ κατὰ πυθμένα φλεγμασίη ἄνω ῥέπει. Ἢν μὲν ὦν ἐς πόδας ἔξω θέῃ, ἀσηρὸν μὲν καὶ ἀλγεινὸν καὶ ἀτερπὲς, δύσχρηστον δὲ καὶ βαδίσαι καὶ ἐς πλευρὰν κατακέεσθαι καὶ ὑπτίαν, ἢν μὴ τὼ πόδε πεπλεγμένη* [*ᾖ*] *ἡ γυνή. Ἢν δὲ ἄνω θέῃ, κ. τ. ἑ.* Quod caput rei est, pulcherrime R. e mss. lectione *ἔξωθεν* effecit *ἔξω θέῃ*. Ceterum in paucis aliam viam tenuerim: *ἢν μὴ τὼ πόδε πεπλεγμένη ᾖ* Graecum neminem dixisse opinor; neque credo ex codd. lectione *πάθεϊ* recte scribi *βρίθεϊ*, sed *βάθεϊ*, quod probe congruit; — *ἐς πόδας ἔξω θέει* de utero mirum mihi videtur quodammodo, licet Aretaeum dedisse existimem. Itaque scripserim: *καὶ γὰρ προπετεστέρη τῷ βάθεϊ καὶ τῷ ὄγκῳ τοῦ αὐχένος γίγνεται· ἡ δὲ κατὰ πυθμένα φλεγμασίη ἄνω ῥέπει. Ἢν μὲν ὦν ἐς πόδας ἔξω θέῃ, ἀσηρὸν μὲν καὶ ἀλγεινὸν καὶ ἀτερπές· δύσχρηστον δὲ καὶ βαδίσαι καὶ ἐς πλευρὰν κατακέεσθαι καὶ ὑπτίαν, ἢν μὴ τὼ πόδε ξυμπεπλεγμένω ἔχῃ ἡ γυνή. Ἢν δὲ ἄνω φοιτέῃ, κ. τ. ἑ.* Quare pro postremo *φοιτέῃ* R. velit *θέῃ*, non capio.

p. 232. vs. 2. *ξυστῇ* eieci, pro quo *ἔξεστι* legit R. *ἀτὰρ ἠδὲ ἔγχυτον ἔξεστι ἐγχεῖν τῇ ὑστέρῃ*. Recte!

Ibid. vs. 6. Legit: . . . . *εὐαφοῦς, εἶτα διαζῶσαι ταινίαις σφίγγοντα ὅκως* (*τε*) *διαλήψῃ τὸν χῶρον, ὡς μὴ αὖθις ἄνω θέειν* [*αὐτέην*]. Fateor mihi haec non placere; emendatio non se commendat facilitate et probabilitate. Fateor ceterum neque plane certam esse scripturam loci, quam exhibui, sed meliora nondum innotuerunt.

p. 234. vs. 3. *ἔῃ* R. pro inepto *ἔοι*.

p. 240. vs. 12. pulchre emendat: *τὸ δὲ πλῆθος ὅσον κοτύλης, ἢ σμικρῷ πλεῖον, δυοῖν δὲ μὴ περαιτέρω· κενεαγγέειν γὰρ οὐ χρή.*

p. 241. vs. 12. *κόκκος ὁ τῆς Κνίδου* lege; cf. prolegg. p. XLIII.

p. 244. vs. 11. *ὁκόσα* relictum est, ubi *ὁκόσοι* legendum esse monet R.

p. 247. vs. 18. *μή* ante *πολλόν* requirit; vere! Sed etiam *ἄν* post *ὁκόσον* desidero; itaque lego: *πλῆθος δὲ ἔστω μὴ πολλὸν, πλὴν ὁκόσον ἂν ἀκάματον ᾖ.*

p. 248. vs. 11. *κεφαλῆς γὰρ νούσου αἱ προφάσιες* libri; ego pro *γάρ* de meo *δέ* dedi; R. vult *γ' ἄρα*: Dubito num prae *δέ* praestet.

p. 249. vs. 5. pro *πράσου* defendit *πράσων*; recte! nihil mutandum erat: *τὰ πράσα* frequentissimi usus est.

p. 249. vs. 7. R. legendum esse coniicit: . . . . *καὶ κεφαλή· καὶ τὰ θηρευτὰ δὲ, λά-*

γως, πτῆνα πάντα· τῷ πλήθεϊ δὲ τεκμαίρεσθαι· ἀλεκτορὶς εὔπορος κ. τ. ἑ. Nempe membrorum transpositione subvenire studet vitio, quod ego ἄλλα inserendo tollere volui. Non displicet Reinholdi ratio.

p. 252. vs. 13. μηδὲ ἐς τροχὸν κύκλῳ στροφούμενον, μηδὲ [ἐς] βέμβικα δινεύμενον vult R. — Credo praestare quod dedi pag. ult. praefationis. Apud Homerum κύκλα sunt *rotae*.

Ibid. vs. penult. recte emendasse locum mihi videtur, quem ita legit: Γυμνάσια δὲ ἐπὶ τούτοισι πρὸς χεῖρας ἐς τόνον τῶν ἄκρων· ἄλειμμα μὴ κάρτα λιπαρόν· τρίψις ἐμμελὴς μὲν οὖσα, σκληροτέρη δὲ ἐς πύκνωσιν ἀφ' ἡμιτυμβίου λίνοισι ὠμοῖσι· οἰδαλέοι γὰρ κ. τ. ἑ. — Pulchre reperit in ἐνόντων latere ἐς τόνον.

Pag. 254. vs. 3. R. proponit: ... τοῦ νοσήματος· οὐκέτι γὰρ ἐγκύρουσι τῆς ἰήσιος οἱ τῇ (τὴν) ἀρχῇ (ἢν) τῆς ξυνουσίης προσινόμενοι, ἀωρίῃ τοῦ πρ. Non video haec praestare iis, quae data sunt: fortasse melius in nostra scriptura legeris: οὐκέτι γὰρ ἔγκαιροί τινες ἔασι τῆς ξυνουσίης, τὴν ἀρχὴν προσινόμενοι ἀωρίῃ τοῦ πρήγματος.

Pag. 256. vs. 10. pro ἐπὶ σχέσι vult ἐπὶ ἐπισχέσι. Per me licet; sed emendatione opus non est: σχέσις pro ἐπίσχεσις apud alios etiam legitur; quod ad Aretaeum attinet, cf. indicem.

Pag. 257. vs. 19. ἐξ ἕδρης διεκινήθη coniicit. Non inepte sane pro scriptura δὲ ἐκινήθη. Quod autem vs. seq. ἴχνεα pro ἴχνια requirit, non video Homericum ἴχνια a nostro usurpari non potuisse.

Pag. 258. vs. 6. requirit καὶ θερμῶν γυμνῶν τοῦ ὀστρακώδεος [μὴ ὀπτῶν]. Malim tamen: Ὠΐα καὶ ψυχρότερα καὶ θερμὰ μὴ ὀπτὰ, γυμνὰ τοῦ ὀστρακώδεος. Nempe vereor ne genitivi librariis debeantur.

Pag. 258. vs. 13. vult καὶ μελιτώδης ἡ ξύστασις, quod non praestare puto prae lectione, quam dedi. Aliquid memorari debet, quod *constituens* sit remediorum illorum, ut recentiores loquuntur. Vide num vs. 12. melius legatur: τῶν σπερμάτων τὸ τοῦ κοκκάλου.

Pag. 259. vs. ult. ... ἐς χόνδρον ἀλλάξαι ἵνα δὲ καὶ ὡς πτισάνῃ [ᾖ] σμηγματώδης ἐπτίσθω· ἀφυσότερος γὰρ κ. τ. ἑ. R. — Melius tamen Adamsius locum expedivit. vid. Hipp. vol. III. p. CXXXVII.

Pag. 266. vs. 5. vult διάπνευσιν; sed in tradita lect. διάνηψιν id sane non latet, sed διάνιψιν, quod datum est.

Ibid. vs. 7. χρήσιμος de coniectura Petiti datum est. R. pro eo proponit ἀρήγει. Per me licet! Putat forsitan post εὐκρασίῃ facilius ἀρήγει quam χρήσιμος perire potuisse.

Pag. 273. vs. 1. mavult ἀρνόγλωσσον quam ἀρνογλώσσου. Non amplius adversor; cf. adnn.

Pag. 274. vs. 7. coniicit ὃ ἐντίκτει pro ἔντηκτον. Praeferendum videtur ἐντίκτειν. Vid. Hipp. vol. III. p. CXLI. — Reinholdus ad suum ὃ ἐντίκτει adscripsit = τὸ ἐντικτόμενον μεσηγὺ ὑπὸ τοῦ οἰκείου.

Pag. 276. vs. 13. desiderat ξὺν τῷ οἰνομέλιτι παλαιῷ τὴν μίξιν. Non credo οἰνομέλιτι una voce scriptum fuisse; cf. adn. ad h. l.

Haec hactenus!